4 si ex legati cã.ff.eo.¶ † Quarto no qđ dicitur esse in mora q maluit litigare ꝙ̃ rẽ restituere.⁊ ad hoc ẽt no.istũ tex.Bar in.d.l.si seruum.§.nũc videamus.⁊ in.l.qui rome.§.seia.j.e.¶ Capio gl.in ver.homo.habes qđ debitor speciei,perẽpta specie post eius moram indistincte tenetur,nec distinguitur an eodẽ modo fuisset peritura penes creditorem:ideo expressius tenet gl.in.l.qđ te.vbi Bar.Bal.⁊ alij,vbi aliqñ plene examinaui.ff.si cer.pet.gl.in.l.cõtractus.j.de re.iur.⁊ gl.in.l.mora.in prin.ff.de vsu.bar.⁊ alij hic.Bal.Imo.⁊ Moder.in.l.cum res.§.fina.de leg.j.ista est cõmunis opi.Precipuum fundamentum Bar.⁊ tenẽtium istã cõmunẽ opinionẽ est,qr fur ⁊ morosus equiparãtur.l.inter stipulantẽ.§.pe.j.eo.sed in fure ⁊ raptore nõ adhibetur ista distinctio,imo indistincte tenetur de interitu.l.j.§.rectissime.ff.de vi ⁊ vi ar.⁊ l.subtracto.C.de furt.ergo etiã non debet distingui in moroso:sed indistincte dz teneri de interitu.¶ Aduerte istud fundamẽtũ Bar.⁊ cõe,hz duo capita seu duo assumpta:⁊ vtrunq; nõ videtur verũ.ergo tale fundamẽtũ ex omni parte corruit.Primũ assumptũ est ꝙ fur ⁊ morosus eqparantur per.d.§.pe.tu rñde ꝙ talis eqparatio ibi fit quãtũ ad hoc,vt vterq; teneatur de interitu:sed sine dubio improbior est mora furis qui est plus ꝙ̃ frustrator:vt inquit tex.in.l.merito.in fi.ff.de vi ⁊ vi arma.ergo nõ est bona argumẽtatio de fure,⁊ sic de maiori,⁊ magis graui ad minorem.Cõfirmatur optime ſm Anc.in repe.regule peccatũ in.v.opp.de reg.iur.in.vj.qr in fure ⁊ in raptore est delictum in faciẽdo quod est grauius ꝙ̃ in moroso.vbi solum est in omittẽdo.vt p gl.in.l.si mora.cum fi.ff.sol.mat.⁊ tanto fortius:qr mora non est simpliciter delictũ ſm gl.Imo.⁊ Mod.in.d.l.si mora.Secundum assumptum Bar.⁊ commune est,quod in fure,raptore ⁊ similibus,nõ adhibetur predicta distinctio,per iura superius allegata.Aduerte:illa iura non probant:qr licet dicant ꝙ res pereant periculo furis vel predonis:tñ possunt intelligi cũ distinctione predicta:ꝙ illa iura non negant.Cõtra istud secundum assumptũ stringit fortiter text.in.l.si cum exceptione.§.quod si homo.ff.quod me.causa.qui loquitur in actione personali ex delicto metus:⁊ tamẽ adhibetur illa distinctio,an res eodẽ modo perijsset penes passum metum:⁊ tunc metũ inferẽs nõ teneatur:alias secus.Et aduerte quia Bart.⁊ docto.videntur in hoc seipsos confundere,dum volunt ꝙ in fure, raptore ⁊ similibus non fiat illa distinctio:vt in iuribus preallegatis:sed bene fiat in inferente metum per dictã.l.si cũ exceptione.§.qđ si homo.eo quia metum inferens tenetur ad penam quadrupli:⁊ propter hoc in eo ita distinguitur.Et non aduertunt qđ etiã in furto manifesto habet locũ pena quadrupli:ergo debet similiter habere locum illa distinctio:cuius cõtrariũ Bart.⁊ oẽs volunt:ergo

ergo seipsos cõfundunt.Nisi subtiliter diceres defendẽdo Bar.⁊ doc.ꝙ in metum inferẽte vltra penam quadrupli,aliud concurrit.s.qr res ibi petũt intra tẽpus quadrimestre post latã sententiam:⁊ istud operatur illa dilatio legalis,vt fingat eum in mora nõ fuisse,quãdo res eodẽ modo erat interitura penes metum passum,secũdum aliũ intel.positum in.d.l.qđ te.Ang.⁊ Imo.hic,sed aliud ob.cõtra Bar.⁊ omnes in.d.§.qđ si homo.qr tex.ibi dicit,sicut in interdicto qđ vi aut clam.⁊ sic equiparat metũ ⁊ violentiã.licet Bar.ibi trãsportando illum versi.sic violando
5 tex.vult istud fugere.¶ † Secũdo principaliter pro ista cõmuni Lu.in.d.l.quod te.allegat tex.bonũ in.l.si filiofa.in.j.§.si post diuortium.ff.sol.mat.in ver.omni modo q̃ dictio est pcisa.⁊ idẽ importat quod indistincte,⁊ omni casu,vt est glo.in.l.si cũ exceptione.§.quatenus.ff.quod met.cau.Sed ad illum tex.respondeo dupliciter.primo quod dictio omni modo lz sit precisa:tñ recipit interpretationẽ congruam,⁊ distinctionem per alias.ll.secundum Bal.in.l.super rebus.col.j.C.de cõtrah.emp.per text.in.l.stipulatus sum damã.vbi no.Bar.j.eo.Secũdo responde,ꝙ illud ibi est fauore dotis:ne mulier remaneat indotata.l.j.ff.sol.ma.⁊ posset ille tex.retorqueri ad oppositum,arguẽdo a speciali in dote.Nec huic solutioni obst.tex.in.l.si is qui in princ.ff.de iure do.qr responde vt ibi per glo.quod ibi maritus nõ fuit in mora in dando vel reddẽdo dotẽ,sed in exigẽdo eam.¶ Tertio pro cõmuni bene facit tex.allegatus per Bart.in.l.cũ res.§.fi.de leg.j.vbi periculũ casmatis fundi,indistincte ptinet ad heredẽ q fuit in mora:qr potuisset legatarius eũ acceptũ vẽdere.¶ Tene cõtra cõem sñiam,cõtra quam semp tenui ⁊ tenebo,⁊ sic sequar distinctionẽ Mar.que est equa,⁊ rationibus ⁊ ll.firmata:pro qua gl.hic adducit tex.in.l.si duo.§.ait pretor.ver.ergo.ff.de cõsti.pecu.qui parum facit:qr vt ibi gl.in ver.stetit.rñdet,nõ apparet ꝙ ibi debitor fuerit in aliqua mora.Sz omissis legibus pro ista opi.cõtra cõmunẽ stringit ineuitabiliter tex.in l.si plures.§.fi.ff.depo.vbi fit illa distinctio in deposito, quod si res deposita fuisset eodẽ modo pitura penes actorẽ,qđ tũc re⁹ liberetur.⁊ põdera rationẽ illius tex.qr equum est naturalẽ interitum ad actorẽ pertinere.vtique cum interitura esset illa res,⁊ si restituta esset actori.Item stringe fortius iungẽdo tex.in.l.si in asia.§.fi.ff.depo.vbi in ista materia periculi interitus text.equiparat an quid debeatur ex deposito,an ex testamẽto,vel stipulatione.Itẽ stringe tertio:qr si in cõtractu depositi qui est ita priuilegiat⁹.l.fi.C.depo.⁊ in quo est grauior ⁊ improbior mora.l.furti.§.fi.ff.de infa.§.hec aũt.inst.de pe.te.lit.facit.l.j.§.in deposito.⁊ in.§.si rẽ depositã.ff.depositi.tñ fit ista distinctio,an res deposita esset eodẽ modo peritura.nã ⁊ tũc depositarius liberaretur ergo multo fortius talis distinctio debet fieri in alijs cõtractib⁹.Itẽ stringe quarto illũ tex.qr si ibi illa distinctio fit in cõtractu bonefidei:⁊ in cõtrib⁹ bonefidei cẽsetur esse improbior mora,cum in eis veniãt fructus ⁊ interesse a tpe more.l.videam⁹.in.ij.§.si actionẽ.⁊.§.seq.ff.de vsur.ergo fortius debet ita distingui in cõtractibus stricti iuris,in quibus ista non veniũt a tempore more.cũ nõ sit eque grauis,sed solũ a tempore litis cõtest.l.cũ fundus.in prin.ff.si cer.pe.vidimus in.l.si filiusfa.§.cũ fundũ.ff.eo hoc modo tollitur solutio,⁊ nouus intellectus quẽ ad illum tex.dabat Ange.hic,⁊ in.d.l.itẽ si verberatum.§.fi.ff.de rei vẽdi.qui etiam tollitur per equiparationẽ quã facit text.in.d.l.si in asia.§.fi.⁊ isto modo inducẽdo ⁊ stringẽdo.d.l.si plures.§.fi.cessant varie solutiones ad illum tex.date per glo.⁊ doc.in locis prealle.que sunt leues ⁊ fragiles,⁊ quas in specie reprobaui in d.l.ꝙ te.Nam dicere vt gl.⁊ Bart.in fi.d.l.quod te.⁊ Imo.in.d.l.si filiofa.in.ij.§.si post.quod ideo in.d.l.si plures.§.fin.fit illa distinctio,eo qr ibi depositarius habebat iustã causam litigandi:est diuinatio.Sed fortius non diceretur tũc esse in mora:vt ibi dicit text.si habuisset iustam causam litigãdi.l.si qs solutioni.in prin.⁊ l.sciẽdum.ff.de vsur.d.Alex.hic peius ceteris respondet ꝙ ibi nõ dz sumi argumẽtũ a cõtrario sensu:qr resultaret absurdus intellectus:sed errat:qr ibi non sumitur aliquod arg.a contrario sensu:sed directo in illo tex.dicitur,vt patet ex dictiõe vtique,ibi posita.⁊ sic non credo ꝙ ad illũ tex.possit cõmode rñderi:tamẽ vt nihil intẽtatum relinquatur,posses disputatiue respõdere:ꝙ iõ ibi ita distinguitur:qr ibi deponẽs erat dñs ad quẽ facilius trãsit periculũ interitus rei proprie.l.pignus.C.de pig.act.Itẽ depositum fit gratia deponẽtis tñ:⁊ depositarius nullum commodũ ex re deposita pot recipere:qr si illa vteretur committit furtũ.l.iij.C.depo.ideo in eo statutũ est,ꝙ post morã de naturali interitu non teneatur,si res erat eodẽ modo peritura penes deponẽtem,secus si in alijs contractibus qui fiunt aut gratia deponẽtis,aut vtriusq;.⁊ ista fuit solutio Guil.de cu.⁊ in.d.l.qđ te.quam Bar.⁊ ibi sequitur.licet Bart.hic eam impugnet ⁊ eã etiã impugnãt Sali.⁊ Lud.in.d.l.ꝙ te.per aliqua quibus facile esset rñdere,sed magis videtur obstare.d.l.si in asia.§.fi.vbi

vt ẽt pdixi in ista materia periculi interitus rei fit equiparatio:vel qđ sit debitum ex deposito,vel testamento,vel stipulatione,⁊ sic ex cõtractu stricti iuris,⁊ sic tene distinctionẽ Mar.equissimam.contra cõmunem opi.glossarum ⁊ omnium.¶ Retenta tamẽ cõmuni opi.ꝙ indistincte periculũ interitus speciei pertineat ad debitorẽ morosum etiã si eodẽ modo res fuisset interitura penes creditorẽ:posset dubitari an saltẽ ista distinctio fieri debeat in foro consciẽtiali vel penitẽtie:in quo vide notabiliter Anch.in repe.d.regule peccatum.in.v.opp.de reg.iur.in.vj.

1 ☞ Promissio facti alieni expressa ⁊ directa in alium tertium non tenet.
2 Simplex illud dicitur quod est indeterminatum.
3 Hec verba dolum malum abesse,quid important.
4 Expressa nocent non expressa non nocent.
5 Quod non licet in specie non licet in genere.

Inter stipulantem. Nõ põt qs pmittere factũ alienũ,sed simpliciter videtur pmittere te facturũ ⁊ curaturũ qñ precedit cõtus ex cuius natura hoc venit.h.d.scđm primam lecturam gl.ſm Bar.Ange.Imo.⁊ do.
1 Alex.vel sic.† Promissio facti alieni expssa ⁊ directa in aliũ tertium nõ tz,sz qui impersonaliter pmittit dolũ malũ abesse,vel habere licere,vel nec p se nec per heredẽ fieri:nõ pmittit simplex abnegatiuum,sz curaturum ne p eos fiat,quos põt prohibere.h.d.tex.cum gl.vel sic ⁊ breuius:nõ vz expressa promissio facti alieni.sz simplex abnegatiua promissio includit etiam pmissionẽ de curando.¶ Diuiditur in.ij.In.j.loquitur quando expresse promisit factũ alienum.In.ij.qñ impsonaliter,⁊ sic implicite.ij.ibi,⁊ qui spõdet.¶ In tex.ibi negotiũ Bar.exponit.j.obligatio.arg.l.aristo.ff.de dona.tu expone melius negotiũ,id est act⁹ producẽs ⁊ causans obligationẽ:vt est tex.in.c.forus.de ver.signi.vbi dicit tex.quod negotiũ est act⁹ alicuius rei.cuius cõtrarium est otium:qr dictum est negotiũ negans otium,⁊ negotiũ in causis:negotiatio in cõmercijs dicitur.ita ibi tex.ſm Isidorũ.¶ Nota primo rationẽ quare quis nõ põt pmittere factũ alienum,eo qr tunc non geritur negotiũ inter stipulantẽ solum ⁊ promittẽtẽ,vt fieri dz vñ stipulatio debet cõtinere factũ vel dationẽ ipsius pmissoris:⁊ tũc dicitur negotiũ inter eos cõtrahi ⁊ vz.si aũt cõtineat factũ vel dationẽ alteri⁹ tertij:qr cũ illo tertio negotiũ aliqđ nõ est gestũ:nõ vz,vt pmissor obligetur.⁊ multominus ille terti⁹,cũ quo nihil est gestũ:facit tex.notabilis in.l.sicut reus.j.de fideiuss.⁊ in.§.si quis aliũ.insti.de inu.stip.Accedat regu.l.quecũq; gerimus.ff.de act.⁊ obli.istam regu.limitaui.viij.modis in.l.stipulatio ista.in prin.ff.eo.quorum aliquos tradũt Ang.⁊ Im.⁊ Pau.de ca.hic.¶ Et aduerte pro intellectu tex.⁊ gl.ex mẽte Pau.de ca.ad tres casus interdum quis confert expresse verba in personã tertij extranei:qr promittit qđ ille tertius dabit vel faciet vel ẽt faciet:⁊ isto casu loquitur prin.hui⁹.l.qr nõ valet pmissio,⁊ nõ tenetur etiã curare quod ille det,vel faciat:qr stipulatio peccat in forma,vt.ff.pxime dixi.Aliqñ ⁊ scđo qs refert verba ad psonã suã sup facto alieno,vt qr pmittit se facturũ ⁊ curatur qđ terti⁹ faciet vel dabit:⁊ tũc sine dubio vz talis pmissio:qr nõ pmittit factũ alienũ,sed proprium,vt.j.dicetur.Aliqñ ⁊ tertio quis pmittit dolũ malũ abesse,vel hr̃e licere.⁊ sic impersonaliter:⁊ tũc loquitur.ij.pars.tex.in ver.⁊ qui spõdet.q̃
2 in gl.⁊ p do.legitur multis modis.vt ibi videbim⁹.¶ † Secũdo no.ex tex.ibi nõ simplex abnutiuũ qđ illud dicitur simplex ꝙ est indeterminatũ,⁊ sine distinctiõe:de quo fuit dictũ in.l.j.§.si qs
3 simplr.ff.eo.¶ † Tertio nota ꝙ illa verba dolũ malũ abesse:lz sint affirmatiue plata:tñ qr sunt priuatiua.s.doli:dicuntur habere negationẽ.nã quocũq; ponis priuationẽ:semp in effectu ponis negationẽ.vñ facit iste tex.ſm Bar.reputantẽ tenẽdum mẽti cõtra cautelã aduocatorũ ⁊ pcuratorũ,qui nolunt vti verbis negatiuis:ne videantur facere positionẽ negatiuam,vel pbare negatiuã:ꝙ videtur impossibile,vt.l.actor.C.de pba.vñ vtuntur verbis affirmatiuis,sz priuatiuis,vt capitula ⁊ articuli admittantur.vñ si volũt dicere ꝙ titi⁹ nõ fuit in tali loco dicũt qđ cessauit esse in tali loco:vel qđ fuit absq; eo ꝙ fuerit in tali loco:⁊ si volũt pbare p parte rei,qđ titi⁹ actor nũꝙ̃ mutuauit sibi pecuniã quã petit:nõ capitulat sub forma negatiua sz affirmatiua:hoc modo.Itã ꝙ res fuit absq; eo ꝙ titi⁹ mutuauerit talẽ pecuniã sempronio:ꝙ̃ ab eo petit:⁊ dicũt hãc esse affirmatiuã:⁊ eam velle pbare.sz ista oro plata vbis affirmatiuis est in effectu negatiua vt hoc tex.q quotidie ad hoc allegatur:qr dicendo qđ res fuit absq; eo.⁊c dictio absq; eo,importat negatiõez:⁊ eqpollet huic ꝙ pecuniã nõ numerauit.nã oro dr negatiua q̃ hz sensum negatiuũ vel priuatiuũ p q̃cũq; vba pcipiatur.oro vero dr affirmatiua q̃ hz sensum affirmatiuũ qbuscũq; verbis concipiatur.l.optimã.C.eo.de cõtra.⁊ cõ.stip.⁊ l.nec codicillos.⁊ ibi Bar.C.de codi.⁊ ita tenet gl.in.l.fin.§.fin.in gl.vltima.ff.de excep.do.⁊

Universidad de Deusto Biblioteca

ibi Bar.etiam eã notat,⁊ dicit ibi Ang.ꝙ illa glo.clarius loq̃tur in hoc q̃ alia que sit in corpore iuris.eam reputat sin.Ang. de are.in.§.eque inst.de ac.Idẽ tenet Bar.in.l.de etate.in prin. in.ij.q.principali.ff.de mino.cum alijs cõcor.hic traditis p.d. Alex.Et vltra eũ adde tex.in.l.vti frui.in prin.ff.si vsusfr.pet.p quem tex.notat ibi Ful.ꝙ nõ refert qbus verbis aliquid exprimat̃,scilicet negatiuis vel affirmatiuis modo effectus sequat̃.⁊ ꝙ verba negatiua q̃ virtualiter aliquid ponũt censeantur affirmatiua,adde aliam gl.in.l.in eadem causa.ver.probentur.ff.ex q.cau.maior.⁊ glo.no.in cle.fi.in ver.creatum.circa fi.de rescrip.⁊ idem qd Bar.⁊ alij hic,qd si dicatur dico qd res fuit absq̃ eo ꝙ Titius fuerit Mediolani:vel dico ꝙ res fuit absq̃ eo qd titius occidit Semproniũ:ista ꝑpositio est mere negatiua,q̃uis per cautelã fabricatã verbis affirmatiuis.tz etiã Bal.in.c.j.de cõten.inter do.⁊ va.de inuest.in feu.⁊ in.l.ij.§.qd obseruari in.v.col.C.de iu.ca.Cy.Bal.⁊ Sali.in.d.l.actor. ¶ Item si statutũ disponat ꝙ positioni negatiue nõ sit rñdendum,⁊ aduersarius faciat positionẽ negatiuam in veritate hac significatiõe,sed voce affirmatiua:q: dicit ꝙ res fuit absq̃ eo.⁊c.certe hac arte verbor nõ debet statutum circũueniri,ꝫm Bal.in.c.vltra tertiã.in j.col.de test.p gl.quã ad hoc dicit esse sin.in.d.cle. vltima ð test. ¶ Capio gl.magnã in ver.hr̃e licere,quam diuide in.iij.partes principales.In.j.format vnã opp.cõtra tex.⁊.vj.modis rñdet. In.ij.format aliã opp.In.iij.allegat tres cõcor.ad hunc tex.ij. ibi,item in eo.iij.ibi,⁊ facit. ¶ In ea.gl.ibi,solo hic precessit cõtractus in quo ⁊c.Istam primam solutionem approbãt Bart. ⁊ scribẽtes,⁊ est vera in se,per tex.clarum quem glo.allegat in.l. emptorẽ.§.qui aũt.ff.de actio.emp.Sed mihi nõ placet ad istũ tex.Primo quia restringeret text.generaliter loquẽtẽ. Secũdo quia nõ bene adaptatur ad istum tex.nã isto modo nõ esset necessaria interpretatio verborũ quã facit tex.lz ꝙ videatur promittere se curaturũ,⁊ sic nõ esset ex interpretatione verborũ,vt vult tex.sed ex natura cõtractus precedẽtis,puta vẽditionis,ex cuius natura venditor tenet̃ de facto tertij euincentis:⁊ tñ iste tex.nõ se fundat in natura cõtractus ꝑcedẽtis,sed interpretatione verborũ. ¶ In ea.gl.ibi vel hic tenet̃ de alijs quos ꝓhibere põt:hãc etiã tenent Bar.⁊ doc.⁊ est vera in se,p tex.in gl.allegatum,⁊ per.l.fluminũ.§.q̃ꝙ.de dã.infe.⁊ per tex.in.l.in illa stipulatione per te nõ fieri.in prin.ff.eo. ¶ In ea.gl.ibi,vel secundũ Mar.istam tertiã solutionem tenent Pe.⁊ Cy.in.l.j.in.vij.
4 q.C.de ꝑcu.⁊ ꝑ ea facit trita regula:† quia expressa nocent non expressa non nocent.l.nõnunq̃.in fi.ff.de condi.⁊ demõ.⁊ in regula expressa.ff.de reg.iur.Unde si expresse promittat pro extraneis nihil valet,vt in cõtrario.secus si simpliciter promittat habere licere,vel dolũ malũ abesse:q: licet videat̃ tũc etiã de extraneis promittere:tñ valet,vt hoc tex.Istam solutionẽ reprehendit Bar.per.d.l.stipulatio ista.in prin.iuncto ver.sed quatenus ⁊.§.si quis dolũ.ff.eo.in quibus iuribus fuit stipulatio simplex habere licere,vel dolum malum abesse:⁊ tñ q: cõprehẽdit extraneos,talis stipulatio nihil valet.Tu vltra Bar.reprehẽde istã solutionem:quia si nõ põt expresse promitti de extraneis:ergo multominus extranei sub generalitate verborũ veniẽt:q: potẽtius debet esse id quod disponit̃ in specie,q̃ id ꝙ disponit̃ in genere:q: species semp derogat generi,sz nũq̃ ecõtra ita dicit tex.
5 in.c.dubium circa.de prebẽ.in vj.† Item illud quod non licet in
a specie non licet etiã in genere[a]:vt.c.romana.§.sed nec in specie.⁊ in.c.caueãt.⁊ vtrobiq̃ ad hoc no.Gemi.de sent.excõ.in vj.⁊ gl. in.d.c.romana.§.porro.in ver.sentẽtie.in fi.expresse no.quod q nõ potest ligare subditũ sui suffraganei in specie,multominus potest in genere:nisi in casu speciali.c.si sacerdos.vbi gl.⁊ doc.ð offi.ordi.Et ad tex.in.d.l.nõnunquam.ff.de cõd.⁊ demõ.respõde,ꝙ ibi specifica expressio sonat in vitiũ,ideo nocet.hic autẽ ꝑmittere factũ alienũ nõ est vitiũ,lz ꝑmissio nõ teneat.Idẽ adde qd alibi Cy.in.l.vẽdẽtis.in.ij.col.C.de cõtrahẽ.empt. refert Iaco.de rauẽ.quod nõ est aliqua reg.in corpore iuris q̃ minus rationis habeat quã reg.d.l.nõnunq̃.Alias tres solutiões gl. reproba,vt hic per Bar.⁊ vltra eũ reprehende pe.q: relatio debet fieri ad proxima ⁊ nõ ad prin.l.vt facit gl. ¶ Ultra.vi.solutiones gl.planior videt̃ intellectus quẽ ad istũ in ver,⁊ qui spõdet.tradũt Iac.de Are.⁊ Old.relati per Bart.qd qui promittit dolum malũ abesse,nõ spõdet simplex abnutiuũ.i.nõ ꝑmittit indistincte absuturum dolũ omniũ etiã extraneorum:vt verba vidẽtur sonare:sed videt̃ in effectu ꝑmittere se curaturum ꝙ dolus malus absit,scilicet a se,⁊ a successoribus suis.⁊ istũ intel, Bar.⁊ omnes sequũtur.Mihi aũt nõ quiescit animus,sed restat vn⁹ scrupulus in quo valde dubito:q: per hoc nõ euacuat̃ oppo.gl.nam iste tex.vult qd si quis promittat dolum malum abesse,vel habere licere:qd stipulatio valet:ꝙ nõ intelligit̃ simpliciter abnegatiua omniũ:scz extraneorũ,sed interpretatur se curaturũ:⁊ tñ in.d.l.stipulatio ista in prin.⁊ in.§.sed si qs ꝑmittat.⁊.§.quesitũ.⁊ in.§.si quis dolũ.decidit̃ ꝙ talis stipulatio nõ valet,eo q: includitur factũ extraneorũ,quare ibi nõ interpretatur promissio de curando sicut hic:ꝙ ibi ita fuerit simplex sicut hic.Unde subtilis Pe.de bella.forte sentiẽs hanc difficultatẽ, alio modo intellexit istũ tex.ꝙ hic det̃ cõsilium,ꝙ qñ qs vult teneri de dolo malo omniũ etiã extraneorũ,nõ promittat simplex abab nutiuũ ⁊ sic nõ ꝑmittat simr dolũ malũ abesse:q: tũc videret̃ etiã de dolo extraneorũ ꝑmittere,vt in cõtrarijs.ff.proxime allegatis,sed ꝑmittat se facturũ ⁊ curaturũ ꝙ dolus malus aberit:quo casu factũ suũ promittit,⁊ sic tenet stipulatio:⁊ hoc modo nulla obstãt cõtraria ꝫm eũ.⁊ cũ isto intellectu Pe. de bella.tenẽt Bart.⁊ alij cõiter,⁊ si bene ponderes idẽ vult in effectu gl.hic in.vj.solutiõe.sz nõ est verũ illud qd dicit Bar.ꝙ reincidat in idẽ cũ intel.preced.Ia.de are.⁊ Oldra.vt ex predictis patet. ¶ Ex isto intellectu Pet.de bella.habes singulariter ⁊ perpetuo notare ꝫm Cu.⁊.d. Alex.hic ꝙ qui promittit se facturũ ⁊ curaturũ,videt̃ in dubio ꝑmittere curare de oĩbus nõ solũ de is quos põt prohibere,ꝙ est valde nõ.si est verũ ꝫm Cu.Tu aduerte ꝙ lz iste intellectus Pe.possit in se esse verus: tñ nõ põt bene adaptari verbis tex.q: in isto tex.expresse spondet dolũ malũ abesse,absuturũve esse,⁊ dubitat̃ quid per hoc videatur promittere:⁊ decidit̃ vt in litera:nõ aũt promisit se curaturum,vt intelligit Pe.⁊ propterea ipse de hoc perpendens addit ad tex.q dicit nõ simplex abnuti.spondet,i.spondere dz quasi dicat nõ debet spondere simplex abnutiuũ,sed se curaturũ sed istud facit violentiam litere.Item iste intel.Petri non conuenit ad ver.Itẽ neque per te.vbi stipulatio restringitur ad personam suam ⁊ heredum:ideo tunc frustra adijceretur curare.

a ¶ In genere. Adde tu in ꝯriũ q: ius patronatus i specie nõ põt alienari,⁊ tamen transit cũ vniuersitate bonorum tex.est in.c.cum secũdum.extra de iure patro.

1 ☞ Dissensus vitiat stipulationem.
2 Actori in iudicijs magis fauetur. quam reo.
3 Iudicium redditur in inuitum.
4 Licet reus in litigando senserit de alia quam actor,per hoc nõ vitiatur iudicium.
5 Dissensus in re principali vitiat.
6 Lz actor dũ viuit possit declarare de quo sticho senserit:tñ ista potestas declarãdi nõ trãsit ad heredes.limita tñ vt infra.nu.7.
8 Dictum testis ambigue deponentis,an debeat declarari pro reo,an pro actore.
9 Procurator generalis non potest declrare verbum ambiguũ. libelli dati a domino,sicut nec potest heres vniuersalis.
10 Si iudex inquirit,talem inquisitionẽ non potest declarare eius successor.⁊ nu.11.

Si stichum.

Iste.§.est vtilis ꝫm Bar.⁊ ꝫm Rapha.cu.⁊ Pau.de ca.est singularis in tertio dicto de iudicio,⁊ dicit Cu.ꝙ nõ meminit alibi legisse in iure. ¶ Ad euidentiã premitte ꝙ tex.in ver.sed hic magis. legit̃ altero de duob⁹ modis,vno modo ꝙ nõ mutet sed continuet eundẽ casum de quo in prin.reprehendat dictũ Aristo.vt dicit glossella in ver.existimauit.⁊ velit ꝙ vbi cõstat de dissensu partiũ vitiet̃ stipulatio,sed nõ vitiet̃ iudiciũ q̃uis in vtroq̃ casu cõstet de dissensu.⁊ istũ intel.tenẽt Bal.Ange.⁊ Cu.ꝫm vnũ intel.h.d.in summa.Dissensus vitiat stipulationẽ sed non iudiciũ.h.d. ¶ Scdo mõ legit̃ ꝫm Pe.de bel.per qd iuriscõ.in ver. sz hic magis.nõ reprehẽdat dictũ Aristo.nec cõtinuet eundem casum de quo in prin.sed mutet casum,⁊ alium ponat.Nam in principio loquit̃ in casu certo,qñ cõstet de dissensu:⁊ tũc nõ est differẽtia inter stipulationẽ ⁊ iudiciũ:q: dissensus de quo constat vitiat tam stipulationẽ q̃ iudiciũ:sed in ver.sed hic magis. mutat casum,⁊ loquit̃ in casu dubio,vt ẽt tz glosella hic in ver. semp.⁊ in dubio in iudicijs q̃ reddunt̃ in inuitũ,stãdũ est interpretationi actoris.In stipulationib⁹ vero ⁊ cõtractib⁹ standũ est interpretationi rei.Istũ intellectũ sequunt̃ Imo.⁊ do.Alex. ⁊ ꝫm eos magis cõformat̃ litere,⁊ ꝫm istũ itel.Pe.h.d. ¶ Dissensus vitiat stipulationẽ ⁊ etiã iudiciũ,si de dissensu cõstat.in dubio aũt in stipulatione fit interpretatio pro reo,sed in iudicio ꝑ actore.h.d.quis sit verior intellect⁹ disputabo.j.in.iiij. notabili. ¶ Diuidit̃ in tres partes.In prima ponit̃ vnũ dictũ.In secũda extensio Aristonis.In tertia illud dictũ Aristo.reprehẽdit̃ ꝫm intel.Bar.⁊ Ang.vel solũ modificat̃ ꝫm intel.Pe.scda
1 ibi q: ⁊ in iudicijs.tertia ibi,sz hic magis est. ¶ † No.primo ex isto textu qd dissensus vitiat stipulationẽ,vt hic.⁊.l.cõtinu⁹.§. j.ff.eo.ratio.j.assignatur in tex.q: stipulatio ex vtriusq̃ cõsensu valet:qui non potest dici interuenisse quando partes disentiũt in quo distingue vt late per Bart.in.l.j.§.fina.in.j.⁊.ij.col.ff.eo.
2 ¶ † Secundo nota ex text.ibi,vt is petitus videatur ⁊c.quod in iudicijs magis fauetur actori,quam reo:quod videtur esse contra regulam.l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.⁊.l. Arrianus.de actio.⁊ obliga.Sed dicit quod iste tex.loquitur quando agitur de interpretatione verbi,seu nominis obscuri:in quo fit interpretatio secundum intentionem agentis,vt hic,⁊.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.Alias si non agitur de interpretatiõe verbi obscuri:tũc in preparatorijs ⁊ sic in principio litis magis fauetur actori vt admittatur,in medio pariter fauetur vtriq̃, vt veritas inquirat̃:in fine ⁊ sic in decisorijs magis fauetur reo, vt absoluat̃ a iuribus preallegatis,de quo etiam hic per Bar.⁊ per Bar.⁊ alios in.l.de die.in prin.ff.q satisd.co.vbi late examinaui vnũquodq̃ ex istis tribus mẽbris.Ponunt gl.⁊ Cano.in c.cum ad sedẽ.de rest.spo.⁊ in.c.ex literis.in.j.de spon.cum alijs
3 cõcor.que tradũtur hic,⁊ in.d.l.de die. ¶ † Tertio no.illud ad qd semp allegat̃ iste tex.ꝙ iudiciũ redditur in inuitũ:qd intelligũt Bar.⁊ doc.esse verũ causatiue si reus nolit soluere vel ꝯfiteri intẽtionẽ actoris.nã soluẽdo vel cõfitendo aĩo declinandi iudiciũ nõ cogit̃ inuit⁹ litigare.l.si re⁹ parat⁹.ff.de ꝑc.l.si dom⁹. §.qui confitet̃.de leg.j.⁊.§.fi.inst.de perp.⁊ tẽpo.act.⁊ per istum tex.no.Bal.Cõp.Paul.de Ca.⁊ alij ꝙ re⁹ põt ꝑcise cõpelli ad litẽ cõtestãdũ captis pignorib⁹ ⁊ mulcta indicta vel eo in palatio retẽto quousq̃ litẽ contestet̃,ex quo iudicium reddit̃ in inuitũ,vt hic:facit tex.in.l.quoties.el.j.in prin.in ver.iudiciũ omnimodo suscipiet.ff.de noxa.Alibi tñ gl.reputata sing.in aut.qui semel.in gl.mag.post med. C.qũo ⁊ qñ iud.limitat hoc esse verũ nisi permissionẽ in possessionẽ bonorũ rei conuenti ex primo decreto posset esse plene cõsultũ actori:tũc nõ posset reus precise cõpelli ad cõtestandã litẽ,⁊ illã gl.dicit ibi Bar.in vlt.co.esse valde bene notandã:q: per eã iam fecit verecundiã multis aduocatis iuuenib⁹.⁊ errãt iudices q precipiũt partib⁹ qd litem cõtestent̃ anteq̃ recedãt de palatio.De veritate tñ illi⁹ gl.dic vt pleni⁹ per do.Alex.hic ⁊ per eundẽ in.l.si finita.§.si Iulianus. co.v.post Imo.ff.de dam.infe.⁊ vltra eã oĩno Bal. qui tenet in hoc cõtra Bar.in.c.preterea.col.ij.per totã.de offi.dele.per do.
4 Abb.in.c.pe.in pe.⁊ vlt.col.de iura.cal. ¶ † Quarto diligenter no.ex isto tex.ꝙ lz reus in litigãdo senserit de alia re quã sentit actor,qd ꝑ hoc nõ vitiat̃ iudiciũ.Cõtra istud op.Bar. nã in iudicio exigit̃ litis ꝯtestatio:q: iudiciũ sine litis cõte.nõ vz.l.j. C. de lit.conte.not.per glo.in.l.prolatã.C.de sen.⁊ interlo.Nã litis cõte.est lapis angularis iudicij ⁊ eius fundamentũ,vt egregie inquit Bal.in.c.vnico.in.j.co.de li.conte.modo dissensus impedit litis cõte.si actor petat vnũ,⁊ reus respõdeat de alio: cũ nõ ad idẽ tendant ⁊ sic nõ est simul testatio.Pe.de bel.per. respondet qd iste tex.loquit̃ in casu dubij,⁊ sic qñ nõ ꝯstabat de dissensu in iudicio,al's fatet̃ qd si cõstaret qd de vno actor sensit.⁊ de alio reus,ꝙ tunc nõ valeret iudiciũ Bar.reprehẽdit ⁊ dicit qd Pe.nesciuit soluere ꝯtrium,⁊ ꝙ illud qd dicit est cõtra istũ text. vbi certus est dissensus in ꝯctibus:ergo ⁊ hic in iudicio certum erat de dissensu,al's nõ esset recta differẽtia inter stipulationẽ ⁊ iudiciũ,nã in stipulatiõe loquitur qñ cõstat de dissensu:ergo vt sit recta similitudo debet poni qñ constat de dissensu in iudicio. Tu potes defendere Pe.vt dixi.ff.qd iste tex.in ver.sz hic magis,nõ loquat̃ in eodẽ casu in quo loquit̃ principiũ,sed qñ erat dubiũ de dissensu, ⁊ sic principiũ huius.§.bene loquit̃ qñ erat certũ de dissensu,quo casu non fit differentia inter stipulationẽ ⁊ iudiciũ.sed qñ sumus in casu dubij:tunc bene est differẽtia,⁊ loquit̃ tertia pars huius tex. ¶ Uideamus nũc quis sit verior intellectus an Bar.an Pe.⁊ pro intellectu Bart.quod in ver. sed hic magis.nõ mutet̃ sz cõtinuet̃ idẽ casus q ponit̃ in principio in quo tex.loquit̃ qñ ꝯstabat de dissensu.similiter ꝙ in isto versi.etiã loquitur qñ cõstabat de dissensu,facit ꝫm do.Pet.de Bexu.aduersatiua sz hic magis,q̃ vt veniat aduersando in iure,opz retinere eũdẽ casum.s.qd ꝯstabat de dissensu si dz esse bona differentia inter stipulationem ⁊ iudiciũ:al's nõ fieret differentia inter stipulationẽ ⁊ iudiciũ,sed inter certũ ⁊ dubiũ.Sed istud potest facile euadi:q: in casu dubio tunc bene fit differẽtia inter stipulationem ⁊ iudiciũ,vt.ff.dixi.Tu stringe fortius illã aduersatiuã sed,de cuius natura est vt per eam intelligat̃ repetita qualitas precedentiũ,ꝫm Bal.in notabili decisiõe statuti. in.l.omnes populi.ff.de iust.⁊ iur.in.xiiij.col.versi.iij.modo posterius trahit ad se prius. refert,sequit̃ ⁊ multũ cõmendat do. Alex.in.l.filius a patre.in prin.col.xij.ff.de lib.⁊ posthu.Sicut ergo prin.huius.§.loquit̃ in casu certo:ita etiã in ver.sz hic magis.Et ꝑ certo inspicienti bene literã apparebit non fieri aliquã mutationẽ casus,sed eandũ continuari. ¶ Quid tenendũ:ego teneo intellectũ Pe.de bella.qui est magis amicus litere,⁊ ꝫm quẽ non reprehendit̃ dictũ Aristonis.Moueor in primis:q: si tex.in ver.sed hic magis.loqueretur quãdo essemus in casu claro ⁊ certo,ꝙ ꝯstaret de dissensu actoris ⁊ rei,certe tex.inepte diceret,ꝙ magis sit credẽdũ actori quã reo,⁊ sic in isto tex. inepte decideretur quod magis sit stãdum declarationi vnius q̃ alterius,cum in claris non sit locus coniecturis. l.continuus. §.cũ ita,in fi.ff.eo,ergo apparet quod tex.loquitur in casu dubio,⁊ sic quod intellectus Petri nõ solum sit verus,sed quodammodo quasi necessarius.hic.Secundo ⁊ fortius si iste tex.in versiculo sed hic magis loqueret̃ in casu certo quãdo cõstabat de dissensu.certe clarũ est quod tũc stipulatio est ipso iure nulla , vt hoc tex.in prin.⁊ in.l.continuus.§.j.ff.eodem.ad quid ergo staretur tunc interpretationi ipsius rei cum stipulatio sit nulla:Tertio retorquet̃ in oppositũ aduersatiua sed,que cũ sit posita sine copula denotat diuersitatem ⁊ in iure ⁊ in facto.glo.in.l.sed ⁊ si lege.in princ.cum vulg.ff.de pet.hered.gloss.in.l.patris ⁊ filij.vbi dixi.ff.de vulga.⁊ pup.Bar.in.l.hoc amplius.§.de his autem. ff.de dam.infe. Ergo vt sit diuersitas in facto habemus necesse dicere ꝙ prin.loquatur in casu certo,⁊ ver.sed hic magis.loquatur in casu dubio.al's si vtrũq̃ loqueretur in casu certo nõ esset aliqua diuersitas in facto,sed solũ in iure. ⁊ si diceres quod aduersatur ad versi.immediate precedentẽ ibi quod ⁊ in iudicijs Aristo examinauit.Dic quod ad illum versiculum bene potest aduersari in iure,sed non in facto si bene cõsideres.Nisi forte diceres quod hic aduersatiua sed,nõ stet aduersatiue,sz correctiue corrigendo dictum Aristonis,vt per Bar. in.d.§.de his autem.per illum tex.in vers.Neratius autem.sed vitanda est correctio quantum potest.l.precipimus.in fin.C.de app.c.cum expediat.de elec.in.vj.Quarto dum tex.dicit sed hic magis est, ista dictio magis,non stat electiue nec etiam correctiue,vt alias habetur per gl.⁊ doc.in.l.iubere cauere.ff.de iurisd. omnium iudi. per Bal.no.in.l.transactione finita.C.de transac.tex. vult dicere magis est , id est plus est in iudicijs,vt is petitus videatur , de quo actor censerit : quia potius credendũ est actori,quam reo: ergo loquit̃ tunc in casu dubio.Quinto si bene aduertis Bar. in solutione quã dat ad oppo.ff.formatã,dicit quod oppositio procedit in casu certo:ergo vult inuitis dentibus quod iste tex. loquat̃ in casu dubio,⁊ sic tenet effectualiter illud in quo reprehẽdit Pet.s.quod iste tex.intelligat̃ in casu dubij,vt statim eũ referam:⁊ sic si bene aduertis Bar.videtur sibijpsi quodammodo contrariari, vt statim plenius referam. ¶ Tenendo tamen intellectũ Bar.qd iste tex.contineat eundũ casum,⁊ semper loquatur in casu certo,ad oppositionẽ.ff.factam.Bar.alio modo respondet ꝙ si ex ipsa cõtestatione cõstaret de dissensu quod de vno senserit actor ⁊ de alio reus , inspectis forte verbis petitionis ⁊ spõsionis:⁊ tunc procedit cõtrariũ supra formatũ, quod iudiciũ nõ valeret.Sed iste tex.debet intelligi quando ex litis conte.non apparebat euidenter dissensus:quia litis cõtestatio est simpliciter facta:⁊ sic quãdo sumus in dubio, ⁊ tũc est differentia inter contractus ⁊ iudicia:q: in cõtractibus põt reus ꝓbare qd nõ sensit de eo de quo sensit actor,⁊ ꝓbato tali dissensu nõ teneret cõtract⁹,vt hoc tex.in prin.sed in iudicijs nõ admittitur reus ad probãdũ talẽ dissensum:q: lex presumit qd reus senserit de illo de quo sensit actor,⁊ contra istam presumptionẽ iuris non admittit̃ probatio in ꝯtrium,⁊ dato ꝙ esset admissus reus ad probandũ talem dissensum ⁊ eum probaret:non p hoc vitiaretur iudicium,⁊ nihil releuaret probatio cum.l.velit credi in iudicijs actori per istũ tex.quẽ ita intelligit ⁊ ampliat Bar.⁊ cum Bar.tenet Ang.Cu.⁊ Pau.de ca.hic.Sz mihi plus placet solutio ⁊ intellectus precedens Pe.de bella per. qui magis amicatur litere.⁊ si bene cõsideras solutionẽ Bar.in effectu parum discrepat a solutione Pe.⁊ Bar. presupponit illud in quo repꝑhendit Pe.l.qd iste tex.loquat̃ in casu dubio:q: in casu certo ꝑcedere nõ posset per oppositionẽ.ff.formatã nisi qd in casu dubij Bar.ponit differentiã inter ꝯtractus ⁊ iudicia circa admittendã vel nõ admittẽdã probationẽ rei.Subdit Bar. se credere qd si ex hoc propter iustũ errorẽ reus omisisset aliquam defensionẽ qd restitueretur in integrum ex clausula generali si qua mihi iusta causa videbit̃.⁊ cũ Bart.tenent Imo.⁊ oẽs excepto Ang.q in hoc tz cõtra Bart.Quia cũ ista sit ꝑsumptio iuris ⁊ de iure ꝫm eum:ergo non dz admitti probatio in contrarium.l. antique.vbi gloss.C.ad Uelleia.⁊.l.fi.in prin.vbi glo.C.arb.tut. cum vulgarib.nisi per confessionem partis, vt notatur.in auth. sed iam necesse.⁊ in corpore vnde sumitur.C.de don.ante nupt. ⁊ sic frustra peteretur talis restitutio ꝫm eũ. Sz in hoc verior est snĩa Bart.q: lz reus non sit audiẽdus negans se in litis contest. de alio sensisse:q: reus hoc faciliter negaret, vt hoc tex.⁊ sic aperiret̃ via fraudibus , nõ sic est in eo qui vult probare defensionẽ legitimam iusto errore dimissam,quã facere potuisset si sensisset de illo de quo actor.Et isto casu etiã cõtra presumptionẽ iuris ⁊ de iure admittit̃ probatio,vt quis restituatur ex clausula generali,vt hic per do.Alex.⁊ ego late dixi in commẽto.l. admonendi.ff.de iureiu.Et de ꝓbatione que nõ debuit admitti, an si fuit admissa operetur effectum.dixi in.l.patre furioso.per regulam illius tex.ff.de ijs qui sunt sui vel alie.iu. ¶ Gloss.j.in verb. nihil actum.quam diuide in tres partes. In prima allegat tres concord.ad tex.In secunda opponit ⁊ dupliciter soluit.In tertia timore cõtrarij de distinctione se remittit.secunda est ibi,sed
5 contra.in eod.tit.iij.ibi,⁊ adde distinctionem. ¶ † In ead.glo.

Universidad de Deusto Biblioteca

ibi, sed ibi accedebat ista est bona solutio: q2 dissensus in re prin cipali vitiat. ita loquit iste tex. sed dissensus in accessorio nō vi- tiat istud accessoriū. ita loquit. d. l. si in emptiōe. in pn. ff. de ꝯhē. emp. alle. per gl. ratio pōt esse duplex. Prima gnalis: q2 attēdi dz qd principalr agit. l. si quis nec cām. ff. si cer. pe. nec debet ac- cessorium regulare suū principale. l. qd per manus. ff. de iu. cod. Secūda specialis ratio colligit ex illo tex. in. d. l. si in emptione. in prin. q2 qñ emo fundū certo pretio pacto apposito qd etiam mihi des stichū seruū, & plures sunt stichi, & de vno sensit vēdi tor de alio emptor, iste dissensus nō vitiat obligationē de sticho q2 verisimiliter emi fundū cariori ptio ppter accessionē stichi: vnde essem in dāno si dissensus vitiaret in totū vēditionē. Vñ cogit vēditor vnū ex istis dare de quo dicat se intellexisse. ita est tex. ibi, que ratio cessat in stipulatione que vitiat in totū ppter dissensum, nec ibi resultat damnū vel iniquitas, vt inquit glo. in l. si decē. ff. loc. quā Bar. j. allegat ad aliud ppositū. & si dicas q tex. iste se fundat, q2 stipulatio ex vtriusq3 consensu pendet: rñ- de verū quo ad ipsum principalem ꝯctum. Itē vide qd per. d. l. si in emptione. in prin. tenet no. Bar. in. l. si quis arbitratu. in. ij. col. ff. e. qd ꝯctu principali pfecto super accessorio recedit a per- sona arbitratoris, vt ibi per eum sequens solutio gl. qd ibi non cōstabat de dissensu cōiter reprobatur per. d. l. si in emptione. in

6 prin. que loquit vt apparebat de dissensu. ¶ † Gl. in ver. actori. ibi, eligere volenti. gl. melius dixisset declarare volēti: q2 hic nō agit de aliqua electione, sed de declaratiōe verbi obscuri. Item facultas eligendi in alternatiuis bene trāsit ad heredē debētis eligere, vt statim dicā. No. perpetuo istā gl. quā Bar. & doc. mul tum cōmendant & dicunt esse valde notandā. Ex qua habes q lz actor dū viuit possit declarare id tñ nō trāsit ad ei9 heredes: q2 ius declarādi id qd est ambiguū est psonalissimū. vt. j. subdit Bar. hic: & iō nō egredit psonā actoris, & sic non trāsit ad eius he redes, vt hac gl. idē tenent gl. Bart. & alij in. d. l. idē Pōponius scribit. §. fi. ff. de rei ven. bene facit tex. in. l. cētesimis. §. fi. vbi etiā ad hoc notaui. ff. eo. idē tenēt Bar. Bal. Ang. & alij in. l. si quis intētione. ff. de iud. & in. d. l. si qs a filio. §. si quis plures. ff. de leg. j. cū alijs concor. traditis per do. Alex. & ista est cōis sniā a qua nemo discrepat. Facit q2 pprie sue volūtati qs debet esse decla- rator & nō alius, per illud qd no. gl. in. §. sed iste. inst. de act. & per illud qd not. gl. reputata sing. in. c. statutum. §. accessorē. de rescr. in. vj. Et sic habes quod declaratio verbi obscuri positi in libel lo si non est facta per actorem, iuxta. l. si quis intentione. ff. de iu di. non potest postea fieri per eius heredem. Subdit Bar. qd in hoc differentia est inter declarationē voluntatis que nō transit ad heredes quādo actor sensit de certo, & electionem in alterna- tiuis que bene trāsit ad heredes. l. si stipulatus fuerim. in prin. ff. e. Adde aliā differentiā q2 declaratione semel facta nō potest amplius declarās variare. l. quicquid astringende. in prin. cū gl. no. j. eo. Bar. hic in fi. secus est in electione in contractibus, vbi bene admittitur variatio. l. eum qui certarū. & l. qui ex plurib9.

7 j. eo. ¶ † Limita conclusionē gl. Bar. procedere quando decla ratio heredis posset afferre preiudicium reo. ita procedit regu- la huius gl. secus qñ non posset afferre nisi commodum & vtili- tatē: vt est in. l. si quis a filio. §. si quis plures. cum glo. ff. de leg. j. Et per hoc infert signanter Bar. qd qñ stipulatio esset ex causa lucratiua. ita qd quicquid legatur prodest stipulatori: tunc mor tuo reo eo casu quo ad eū pertineret declaratio, iuxta. l. stipula tio ista. §. in stipulationibus. & l. quoties in stipulationib9. ff. eo. tunc etiā eius heres pōt declarare. ar. d. §. si qs plures. cum glo. secus si stipulatio esset ex causa onerosa: tunc vitiat. ar. l. si decē. in fi. cum glo. no. ff. loc. & idem voluit ipse Bart. in. l. gerit. in. iij. col. ff. de acquir. her. refert & sequitur do. Alex. in. d. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. eo. Et sic nota diligenter Bar. velle qd actor potest declarare in preiudiciū rei, quāuis ipse reus tra- ctet de dāno. quod reputat Cu. esse mirabile & absurdū. ¶ Sz tu aduerte, licet omnes teneant quod heres actoris nō possit declarare verba obscura libelli, potes tenere contrarium contra omnes quod imo heres possit declarare ex quo censetur esse ea dem persona cum defuncto, vt in authē. de iureiurā. a mo. prest. in prin. item heres succedit in instantia iudicij & cause. l. si eū ho minem. cum materia. j. de fideiuss. vnde cū succedat in instantia cause: ergo & in accessorijs eius maxime si defunctus egit nō ex suo facto: & sic heres potest que scire declarare vt ipse actor. nec ob. preiudiciū aduersarij, nam fuit in culpa: quia debuit a prin- cipio petere declari. ar. l. fin. cum glo. j. ad finē. C. de anna. excep. ideo damnū quod quis sua culpa sentit sibi imputet, vt in regu. cum quis. ff. de reg. iu. in. vj. Preterea dictū preiudiciū aduer- sarij potest esse etiam si defunctus declarauerit dum viueret: q2 declarat non ex cōiecturis sed fm suam voluntatē, prout. j. per Bart. in vlt. col. post mediū. non obst. tex. in. d. l. centesimis. §. fi. ff. eo. qui solus videbatur bene facere pro communi conclusione glossarū & doc. q2 respondeo quod loquitur in implemento cō- ditiōis quod debet fieri ex forma specifica, ideo nō trāsit ad he redem. l. qui heredi. in prin. ff. de cōdi. & demō. similiter tex. in. d. l. idē pomponius. §. fi. ff. de rei ven. nihil facit in pposito, q2 di- cere put dicit glo. hic & ibi, qd ideo ibi incertitudo rei petite im pediat condemnationē: eo q2 actor noluit declarare, vel q2 deces sit, esset violētia & manifesta diuinatio ad illū tex. lz Bar. & oēs hic & ibi sequant. similiter dū Bar. respōdet ad. l. si stipulat9 fue rim. in prin. ff. eo. qd ibi loquit in electione que bene trāsit ad he redes sicut ipsa obligatio. secus in declaratione volūtatis quā- do sensit de certo. nā Bar. nō assignat cōcludentē rōnem diuer sitatis inter electionē & declarationē, presertī cū electio sit etiā quedam declaratio. & est mere personalis, ideo nō trāsit a seruo vel filio in patrē vel dnī, vt est ibi tex. Itē adde q erronea ꝯfes- sio pōt reuocari, nō solū per eum qui errauit, sed etiā per ei9 he- redē. tex. est i. l. nō idcirco. C. de iu. & fac. ign. que. l. est ad hoc no.

8 fm Bal. i. l. error. circa fi. C. e. de iu. & fa. ign. ¶ † Extra gl. Bar. inducit istū. §. ad dictum testis ambigue deponētis de sticho & non declarantis de quo an debeat declarari pro reo an pro acto re. dic vt hic per eum bene loquentē. Adde dum tenet q verba ambigua plata ab vno ex litigātibus, in quibus substātiat iu- diciū semp interpretant pro eo, siue sit actor siue sit re9, per no. p Dy. in. c. cōtra eū. de reg. iu. in. vj. & ita ampliat. l. si quis intētio ne ambigua. ff. de iu. Adde. d. Ant. idē pleni9 tenēte i. c. ex lrīs. primo. de spōsa. d. Alex. in cōsi. clxxxiij. v. vo. qd inc. viso pūcto qōnis. col. ij. ¶ Item dum Bar. tangit an in alijs q interpreta tiōe verbi ambigui magis faueatur reo vel actori. Bar. omittit vnum casum. s. circa media cause. de quo dixi. ff. in. ij. no. & latius

9 in. l. de die in prin. ff. qui satis. co. ¶ † Subdit Bar. q pcurator generalis nō potest declarare verbum ambiguum libelli dati a dño, sicut nec pōt heres vniuersalis, & sequit Ang. & Alij Bal. & Ang. in. l. idē pōpo. §. fi. ff. de rei vē. Ang. in. d. l. si quis intētio ne. Sed aduerte: q2 in hoc etiā posset teneri cōtra Bar. & oēs q etiā procurator generalis possit declarare verbū ambiguū posi tū in libello dato a dño: q2 instantia cause & iudicij trāsit in ipm procuratorē sicut etiā. ff. tenui in herede. ecōtra aūt libellū & actū a procuratore si dñs mandauit specialiter fit dari, tūc ipse dñs poterit declarare, alias procurator. ar. in. l. in seruos. ff. de lib. cā. gl. in. l. cum mancipium. ff. de edi. edi. alias si pcurator nollit de clarare tenet dño & re9 absoluet, declaratio ergo ē psonalissima, & debet fieri ab eodem. & nō egredit personā, fm Bar. ¶ Item

10 per predicta tenet Bar. † q si iudex inquirit talē inquisitionem eius successor declarare nō poterit: & sic successor in offō nō pōt declarare verbū ambiguū prolatū a iudice antecessore. & sequit Bal. in. l. ij. C. de sentē. ex breui. reci. Ang. in. l. ex facto. in prin. ff. de vul. & pup. intelligit Bar. & bñ hoc procedere in declaratiōe que fit ex mera voluntate illa non transit ad successorem in offi- cio. secus in declaratione que fit ex verisimilibus cōiecturis, vel ex actis cause: q2 illa bene trāsit ad successorē in officio, vt etiaz tenet Bar. in. l. ab executore. in princip. ff. de app. & in. l. termina to. C. de fruc. & lit. expē. Bal. in. l. fi. C. de leg. agn. & alij hic: ratio, q2 censetur idē iudiciū & eadē persona. l. pponebat. ff. de iu. & c. innotuit. de elect. q2 officiū cuius respectu antecessor inquisiuit vel sentētiauit nūquā morit. ca. si gratiose. de rescrip. in. vj. ideo successor in eodē officio pōt declarare. ¶ Per ista subdit Bar. quod boni assessores capientes aliquem exbannitum cū plures reperiantur eiusdē nominis & cognominis non statim veniunt ad executionem cōdemnationis, sed primo faciūt eum cōfiteri qd est ille de quo fit mentio in banno, & est idem homo, & idem corp9, & si nō possent ab eo talē cōfessionē extorqre tūc assumat probationē aut verisimilia qd est ille homo de hoc maleficio in- culpatus: ita quod verisimile sit iudicez qui iudicauit de eo sen sisse. & cū Bar. tz Cum. hic. Idē tenet Bar. in. l. demōstratio. in prin. in. vj. q. & ibi Imo. ff. de condi. & demon. Idem Bar. in. l. di uus. ij. in. ij. col. j. de cust. reo. vbi dicit se ita pluries practicasse. & idem Bar. in. l. j. C. si vn9 ex plu. app. Ang. de are. in. §. quadru- pli. instit. de actio. adde qd in contrarium tenent Bal. Ange. et Pan. de ca. in. l. hac cōsultissima. in. ij. colū. C. qui test. face. pos. Ang. in. l. ij. ff. de libe. & post hu. do. Alex. hic cōcordat istas opi niones. vt hic per eum, quā concordiam ponit etiā idē. d. Alex.

11 in. d. l. ij. ff. de lib. & post hu. † Tu aduerte qñ iudex faceret reū ca ptum cōfiteri se illud maleficium cōmisisse: tunc res esset plana, qd ex cōfessiōe capti posset iudex eū cōdēnare: etiā ex inordina to processu. vt est doctrina Inno. communiter approbata in ca. qualiter & qñ. scdo in pe. co. de acc. Bar. in. l. cōfessus. j. de cu. reo rū. & est bonus tex. in. c. pisanis. de resti. sp. Cōfirmat: q2 talis cō fessio facit notoriū. c. fi. de cohabi. cle. & mu. ergo ei nō obs. defe ct9 ordinis iuris: q2 i notorijs talis ordo nō reqrit dicit tex. i. c. ad nostrā. tertio. de iureiu. & ita etiā tenet Ange. Imo Cu. & d. Alex. hic. Ang. Imo. & d. Alex. in. d. l. ij. ff. de li. & post h. & dicit egregie

egregie Bal. in. c. si quis seruum. §. si inter duos. in fi. ff. de leg. ij. qd cum ista questio alias accidisset de facto Florentie quod ad omne dubiū euitandū iudex fecit captū confiteri qd ipse cōmi- serat tale maleficiū & qd citatio eū comprehēderet, & isto modo omne dubium fuit sopitū fm eū, als non videt qd sufficiat con fessio istius capti qui dicat se esse illum de quo fit mentio in bā- no, ex quo tale bannū est nullū propter incertitudinem citatio- nis persone citate. l. aut qui aliter. §. j. ff. qñ vi aut clam. glos. in. l. eum quem tenere. ff. de iudi. Item in criminalibus persona de- bet clare designari. l. libellorum. in princ. j. de accu. q non est hic propter pluralitatem nominum. l. hac consultissima. C. qui test. fa. pos. Et in hoc Bar. male dicit & communiter damnatur per Ang. & Imo. hic, & Ang. in. d. l. ij. ff. de lib. & posthu. cum cōcor. hic traditis per Alexā. Tu tamen potes saluare Bar. quando iste fuisset per nūcium specifice citatus, & sic citatio valuit & ita confessus est iudici, licet in actis non appareat nisi citatio gene ralis de Titio talis cognominis, de quo plures alij reperiunt.

1 ☞ Si alternatiue interroganti respondeatur de vno tantum vitiatur stipulatio in speciebus. secus in summis. item secus si precedat interrogatio copulatiua. vt. j. nu. 2.

1 **Si stipulante.** † Si alternatiue interrogāti re- spondeatur de vno tñ vitiat sti pulatio in speciebus. secus in summis. Item secus si precedat interrogatio copulatiua. h. d. & de ista materia fuit dictū in. l. j. §. si stipulāti. & in. §. pe. vbi Bar. distinguit. ff. e. & habet tria dicta que patēt ex summario. scdm ibi, diuersa causa. tertiū & vltimū ibi, item si ego plures res. Ratio primi dicti est: quia diuersitas est in qualitate: quia ego interrogaui te alternatiue de duobus, & tu respondes precise de vno: ideo non valet: quia diuersitas in qualitate vitiat stipulationē. l. j. §. si qs simpliciter. ff. eo. Et ideo tex. hic dicit nec ad interrogatū esse responsum. vbi proprie tex. voluit istā rationē assignare: q2 interrogaui te alternatiue, & tu respondes de vno simplr: ideo vitiatur stipulatio. Ratio secun di in alternatiua summarū est: q2 licet stipulator alternatiue in- terroget promittis mihi. x. aut. xx. tñ q2 scit q rñdebit de mino ri summa: q2 nemo presumit velle iactare suū. l. cū de indebito. §. fi. ff. de prob. ideo videtur stipulatus minorē summā, & sic res- pondendo de minori summa, videtur ad interrogata rñdere, & sic maior summa pro superuacua habet, vt dicit glos. hic ibi, vel tertio. Nam etiā si ad alternatiuā summarū simpliciter rñdisset promitto, intelligeret pmittere minorē, per regulā positā in tex. q2 semp in summis id qd min9 est rñderi videt. Et si dicis qua re in alternatiua specierū non ita intelligit promittere vtiliorē, & qui est minoris ptij: Rñde ppter affectionē que pōt cadere in speciebus: q2 promissor aliquando libentius dabit speciem mi- noris pretij propter speciem digniorem. §. preterea. inst. de act. & l. fi. ff. de vsu & hab. & hic in glo. in. j. sol. que affectio non cadit in

2 summis. l. nummis. ff. de in li. iurand. ¶ † Limita istum tex. qñ in alternatiua summarum esset electio promissoris, & sic vtrūq3 esset in obligatione: tunc vitiaretur stipulatio in toto sicut in al ternatiua specierum. ita no. tenet Bart. in. l. j. §. pe. vbi dixi. ff. eo. Ratio tertij dicti ponitur in text. q2 quādo stipulor copulatiue plures res tot dicuntur esse stipulationes quot sunt res. l. scire debemus. in princ. ff. eod. ideo respondens de vno respondet ad interrogatum vnius stipulationis, ideo stipulatio valet.

1 ☞ Super re a communi commercio exempta obligatio non contrahitur & contracta extinguitur, nec reuiuiscit impedimen to cessante, & que sit ratio quare non reuiuiscit. j. nu. 2.
3 Basilica quid sit.
4 Quatuor species rerū que non possunt in stipulationē deduci.
5 Non est inspiciendum quod potest euenire quando presens sta tus ad illud non tendit.
6 Res promissa si desinat esse in commercio nostro absque facto promissoris, & ante eius moram liberatur promissor.
7 Quod dissoluit obligationem iam contractam fortius impe- dit contrahendam.
8 Obligatio semel extincta propter aliquam causam annullantē non reconualescit licet tale impedimentum cesset.
9 Cessante causa annullationis non cessat effectus ex quo effe- ctus est iam consummatus.
10 Contrariorum non est eadem disciplina.
11 Promittens certam quātitatem vini siue fructuum ex fundo non liberatur fructibus non natis seu natis & consumptis.
12 Ex dissimilibus non fit recta argumentatio.
13 Stipulatio liberi hominis vel rei sacre facta tempore prohibi- to licet collata in tempus licitum, nihil tamen valet.
14 Tristis futurus euentus alicuius sinistri casus & aduerse fortu ne non est habendus in consideratione.
15 Nauis dissoluta causa non reficiendi, licet postea reficiatur non censetur eadem nauis sed diuersa.
16 Valet ar. de legato ad stipulationē nisi det ratio diuersitatis.
17 An ea que tollunt iam cōtracta impediant fortius ꝯtrahēda.
18 Si statuto caueat quod qui fuerit exbannitus elapso termino banni nō possit esse de prioribus ciuitatis, & sic de decurionib9 etiā si fuerit rebannitus vel exemptus & alio statuto caueat qd qui interfecit rebellē sit exemptus ab omni banno q incurrisset vel incurrere posset ppter ei9 delicta pterita si ꝯtingat q aliqs sit bannitus nisi compareat intra tantū tempus intra talem ter minum banni interfecit rebellem non poterit esse de prioribus.
19 Statutum prohibens bannitum esse de prioribus habet locū etiam in eo qui tātū momēto tpis stetit exbānitus & exēptus.
20 De momento seu actu momentaneo non est curandum.
21 Si testator fecit substitutionē filio si sine filijs decesserit, & ipse moriatur cum filio qui non viuit nisi vno momento temporis, tamen substitutio fideicommissaria est extincta.
22 Si statutū simpliciter dicat qd filius masculus excludat femi- nam sufficit q momēto eā excluserit vt sit exclusa in perpetuū.
23 Matrimonium momentaneum sufficit vt vir lucretur tertiam partem dotis vigore statuti.
24 Priuilegia dotis competunt etiam si ma trimonium tantum momento duret.
73 cipalis dispositionis. † Quia clausule q̃ apponuntur in executionis, nō hñt ampliare executionē, nec eius naturā mutare, vt est tex.egregius ⁊ valde notabilis in cle.j.de prebē.de quo tex.dixi opportune.s.in gl.ꝫ eam posseꝫ declarare ẜm Bal.in.l.eā quā. in.ix.col.C.de fideicō.vnde per dicta verba intelligit̃ data potestas alienandi, ẜm naturam diuisionis, scꝫ quousqꝫ conditio vel dies fideicōmissi euenerit, iuxta.l.fi.§.sin autē sub conditione.C. cōia de leg. Et est coloratū fundamentum. ¶ Sed caue qr isto modo dicta verba essent superflua ⁊ nihil operarent̃, contra.l. si quando.in prin.cum si.ff.de leg.j.⁊.c.si papa.de priui.in.vi. nec Bar.vult ꝙ per talia verba dicatur renūciatū iuri fideicōmissi, nisi ẜm distinctionē quā.s.retuli.ptꝫ: qr si ꝑ talia vba induceret̃ renunciatio fideicommissi, procederet siue sequuta esset alienatio siue non: cuius cōtrariū vult Bar. Itē si induceretur renunciatio fideicōmissi, nō posset postea haberi regressus ad pretiū contra alienantem, vel eius heredem: cuius cōtrarium videtur velle Bar.remittendo se ad.l.si fundū ꝑ fideicōmissum.ff.de lega.j.vnde tene distin.Bar.hic: quā etiam tenet.d.Alex.in con. clxxxix.ij.vol.qd incip.viso ⁊ mature discusso processu.in.v.co. ⁊ in cōsi.xviij.v.volu.qd inci.viso themate suprascripto.d.Frā. de curte.in consi.lxiij.qd incip.antiquissima ⁊ nobilissima familia.in vlti.char. Limita vt per Bar.in consi.lxxij.qd incip.ex facto proponitur quod nobiles viri.in.§.dubio.vbi omnino vide.
74 † Item inquātū Bar.tenet ꝙ sola permissio de alienādo, nō sequuta alienatione non preiudicat iuri fideicōmissi. Adde quod idem esset si ista potestas alienādi esset data in laudo diuisiōis per arbitros: ⁊ alienatio nō esset sequuta: vel si eēt sequuta, fuisset alia ratione inualida, ẜm Lud.roma.in consi.ccciij. qd inci. pro decisione preposite cōsultationis tria arbitror esse discutienda: ita tene. Quis Bal.in cōsi.ccccxl.iij.partis.inci.factū ꝓponitur esse tale Franciscus decessit.circa fi.vbi Bal.simpliciter dicit quod Bart.hic in ista.vij.q.ponit ambages: qr ẜm eū dicta verba debent intelligi ẜm naturā diuisionis, per.l. per diuersas. §.exceptis.C.mādati.⁊ plus nō dicit. ¶ Decimo notabiliter q̃rit Bar.duo fratres habebāt ab ecclesia fundū emphyteuticuꝫ communem, ita quod vno precedēte sine liberis, debebat deuenire ad alium superstitem, diuiserūt inter se illum fundum, ⁊ remiserunt inuicem omne ius qd habent, vel habere sperant vno eorū mortuo sine liberis, frater superstes petit ei⁹ partē vigore instrumēti emphyteutici: ecclesia vo q̃ est domina directa dicit ꝙ ipse cecidit a iure emphyteutico ꝓpter duo. Primo qr diuisio est alienatio quā fecit ipsa ecclesia nō reqsita ergo cecidit a iure emphyteutico, ꝑ.l.fi.C.de iure emph.⁊.c. potuit.de locato. Scdo qr per talē diuisionē fuit tali iuri emphyteutico ꝑ ipsos fratres renūciatū. Querit̃ quid iuris. Bar.in vtroqꝫ tenet contra ecclesiā: ⁊ dicit do.Alexā.in fi.huius.q.quod iste decisiones Bar.in hac.x.q.sunt ꝑpetuo tenēde mēti: qr quotidiane in practica. Idē ⁊ lati⁹ in vtroqꝫ mēbro cōsuluit Bar.in consi.lviij.qd incip.ex themate predicto tria dubia oriūtur, in secūdo ⁊ in vltimo dubio.⁊ istam.q.qr vtilis est ⁊ quotidiana intēdo bene ⁊ or
75 dinate examinare. ¶ † Circa primū Bart.duo concludit. Primo ꝙ plures emphyteute possunt inter se diuidere emphyteusim irrequisito consensu dñi, ⁊ nō incidunt in penam caducitatis: sicut etiā plures feudatarij possunt inter se diuidere feuduꝫ cōmune sine consensu dñi.c.imperialē.§.preterea ducatus. ⁊ ibi Bal.⁊ alij de phi.feu.alie.ꝑ Fede.in feud. Specu.in tit.de feu.§. qm̃.in ver.cccxviij.⁊ tribus ver.sequētib⁹. Joā.and.notabiliter in rub.illi⁹ ti.de feu.in pe.col gl.⁊ Bar.in.l.cōi diuidundo.in.ij. ff.cōmu.diuidū.glo.⁊ Bal.in.l.in familie.C.fami.herci.⁊ glo.in c.ꝫ.in glo.fi.de voto. Cum ista prima conclusione quod plures emphyteute possint rē emphyteuticā inter se diuidere sine consensu dñi, tenent alij ⁊ est cōis opi.vt etiam attestantur.d.Ale, ⁊ Are.hic.idem tenet Bar.in.l.cum hi.§.si vni.ff.de trāsa.in.l. ⁊ ideo.in prin.ff.de cond.fur.cum alijs concor.hic adductis ꝑ do.Alex.⁊ vltra eū idem etiam tenet do.Ant.de But.in consi. xxxvij.qd incipit viso puncto ⁊ instrumēto, ꝑ ista cōi conclusione soleo allegare bonam rationem. Nā licet diuisio que fit inter emphyteutas sit vera alienatio: non tñ in ea requirit̃ cōsensus dñi: qr qñ emphyteuta vult diuidere ꝑ hoc non vult alteri vēdere partē suā aliquo pretio: ita ꝙ dñs volēs tantundē pretiū prestare debeat ceteris ꝓferri, iuxta.d.l.fi.C.de iure emph.imo vult partem suam diuisam pro se retinere. Ideo tunc.d.l.fi locū habere nō pōt, sicut qñ emphyteuta vult alteri extraneo donare inter viuos, vel alij legare in testamēto, non est requirendus dñs, an velit sibi donari vel legari: qr sine dubio acceptaret: ⁊ hic nō cadit pretium. Ideo sine eius consensu potest hoc fieri ꝓut tale tenui ⁊ firmaui in.d.l.fi.C.de iur.emph. Ad idē facit qd vult bona glo.⁊ notabilis quam ibi sequitur do.Ant.de bu.in.c.ex in
76 sinuatione.in gl.j.de iure patro.q̃ tenet † ꝙ lꝫ patronus nō possit alienare iuspatronatus in extraneum sine cōsensu episcopi, ⁊ sic superioris.c.illud.de iure patr. Tamen qñ essent duo compatroni, potest renunciare alteri compatrono, sine consensu superioris: qr ista nō est proprie alienatio, ⁊ illam gl. Abb.ibi dicit esse singularē ⁊ se nescire alibi: ⁊ putat eā esse equiorē lꝫ in pū
77 cto iuris dubitet per aliqua leuia, vt ibi per eum. ¶ † Secūdo cōcludit fortius Bart.quod plures emphyteute possunt inter se quocūqꝫ titulo alienare sine ꝯsensu dñi, per tex.in.l.voluntas. C.de fideic.vbi heredes prohibiti per testatorē alienare, possunt tamen inter se ⁊ donare ⁊ alienare. Sed tu caue qr ille tex.videt̃ parū facere: quia ibi loquitur quādo prohibitio alienandi erat quo ad extraneos: puta extra familiam: non autē inter seipsas. Mouentur etiam per rationem: qr qlibet est obligatus ad pensionem, ideo talis alienatio que fit inter eos nō preiudicat directo domino ⁊ sic ecclesie. ista conclusio est valde dubia. Idē etiā tenet Bar.in ꝓalle.cōsi.lxviij.in.ij.dubio.⁊ in.d.l.cū hi.§.si vni. ⁊ ibi Pau.de cast.ff.de transac.⁊ idem Bar.in.l.⁊ ideo.in prin. ff.de cond.fur.⁊ in.l.j.in fi.per illū text.C.de impo.lucrat.descri. lib.x. Idem tenet Bar.sub dubio tamen forte in.l.si domus.§. si.in fi.⁊ ibi Ang.de leg.j.quāuis idem Bartol.indecisum relinquat in.l.pater.§.qndecim.ff.de leg.iij. Idem per rationē Bar. tenet etiam Cal.in consil.x.posito in ticulo de locato, quod incipit si ecclesia in emphyteusim concedit. Idem simpliciter tenet Jo.And.in add.Spec.in tit.de locato.§.nunc aliqua.in versic. lxxij.in prin. Sal.in.d.l.fi.in.vij.col.in princ.C.de iure emphyt. Idem multum ampliando tenet idem Sal.in.l.ea lege.C.de cōdi.ob cau.in antepe.col.in ver.quero circa idem plures fratres. vbi multum egregie ampliat istam conclusionem Bar.etiam ꝓcedere quando plures fratres acceperunt fundū in emphyteusim, pro se ⁊ filijs ⁊ descendentibus: ⁊ in instrumēto ꝓmiserunt non alienare irrequisito dño sub certa pena: quod tñ adhuc nō obstante tali promissione penali de nō alienādo, vnus alteri poterit alienare: nec alienando incidet in dictā penam: quia sunt eiusdem cōditionis: ⁊ ex eadem causa pariter obligati domino per tex.in.l.j.§.j.in ver.nā cum persone conditio.C.de impo.lucra.descr.li.x.qd valde no.⁊ liga bene ad digitum. Ita videtur esse magis cōmunis opi.cum Bar.vt patet ex predictis. Ideo consulendo ⁊ iudicando nō videretur tutum ab ea recedere, vt notant Bart.⁊ alij in.l.fi.C.de pe.iud.qui ma.iud.cano.in.c.j.⁊ in.c.ne innitaris.de consti. ¶ Contrarium tamen tenent gloss. Guil.de Cu.⁊ Alb.de Rosa.in.d.l.cum hi.§.si vni pluribusve. ff.de transac.⁊ Guil.de Cu.refert etiā Bar.hic.mouent̃ ꝑ illum tex.⁊ per text.in.l.si pupillorū.in prin.ff.de reb.eorū. Idē tenet gl.⁊ Bal.in.l.dudum.C.de contrah.emp.⁊ in.l.voluntas.C.de fideicom.idem tenet.d.Alex.in.d.l.si domus.§.fi.vbi tamē hoc limitat.ff.de lega.j. Et ista pars semper mihi placuit: qr ratio in qua Bart.hic ⁊ vbiqꝫ se fundat retorquet̃ fortiter cōtra eū. Nā dicit Bar.ꝙ ratio quare emphyteuta prohibetur alienare in extraneū, sine consensu domini, est qr fieret preiudicium domino, cum ille tertius non sit obligatus actione personali domino ad canonem emphyteuticum ei soluendum, prout est ipse emphyteuta: q̃ ratio cessat quando sunt plures emphyteute vnius domini: cum vnusquisqꝫ sit obligatus actione ꝑsonali domino ad canonem soluendum. Ista ratio videtur stringere contra Bart. qr lꝫ vnusquisqꝫ ex istis emphyteutis sit obligatus actiōe ꝑsonali dño ꝑ parte sua: tñ pro alia parte quā emit a socio non est verum ꝙ ipse sit obligatus actione personali: quia quātum ad partes aliorū habetur pro extraneo, ⁊ sic est perinde ac si fieret alienatio in extraneū. Et sic ratio Bar.concludit ꝙ etiam inter ipsos emphyteutas alienatio non sit permissa sine concessu domini: sed qd socius volēs alienare partem suam in socium, tenetur prius requirere dñm, an ipse dñs velit tantū prestare ꝑ illa parte: quātū alius socius obtulit: ⁊ ei dꝫ preferri iuxta.d.l.fi.C. de iure emphy. Hinc infert̃ ꝙ prima cōclusio Bar.superius relata ⁊ approbata cōiter, debet intelligi qñ diuisio fieret inter emphyteutas, pro illis partibus pro quibus emphyteute obligati sunt ad pēsionē dño. secus si in diuisione fieret adiudicatio totius vel maioris partis rei emphyteutice vni: tūc nō posset sine
78 cōsensu domini: per ea que proxime dicta sunt. ¶ † Scdo principaliter vult Bar.ꝙ si fratres diuidētes inter se fundū emphyteuticū, remiserūt inuicē omne ius ꝙ habēt, vel habere sperant: talis renūciatio nō prodest ecclesie: que est directo domina: duplici ratione: Prima qr pactū nō porrigitur ad illas ꝑsonas ad quas nō interest paciscentis porrigi.l.⁊ heredi.§.fi.⁊.l.seq.ff.de pac. sed qd istud pactum porrigat ad ecclesiam non interest fratris paciscētis. Sed mirandū est de hoc fundamento Bar.⁊ ꝙ alij scribētes, ita simpliciter transiuerint cum eo: qr speciale est in ecclesia, vt ei possit queri ius ex cōtractu alteri⁹, vl' stipulatione alterius, etiā ꝙ nō intersit cōtrahentium, vel stipulantium: prout plene concludit.d.Alex.reprobata opinione aliquorū q cōtrariū tenebāt in.l.stipulatio ista.§.fi.s.eo.per illū tex.in ver. edē sacrā.qui bene facit: cū alijs cōcor.ibi allega.per do.Alexā.
79 ¶ † Scdo mouet̃ Bar.quia qd nō queritur illi cui remitto remanet apud me remittentē.l.nec vtilem.ff.ex qui.cau.ma.vbi dicit tex.in fi. Neqꝫ enim intelligit̃ amissum quod oblatum alteri nō est.facit.l.cū quis.§.si debitorem.ff.de sol.glo.⁊ Barto.in.l. qui hoiem.§.si debitorē.ff.eo.sed istud pactū nō fuit acquisituꝫ fratri: cui facta est renūciatio: cū ipse postea decesserit sine filijs. Nec etiā ꝓdest eius heredi cū sit extraneus: ergo nō recedit ius ab ipso renūciante. Idē ⁊ latius tenet Bar.vbi etiā alias rōnes adducit in preallega.cōs.lviij.qd incipit ex themate ꝓdicto tria dubia oriunt in vltimo. Istam opini.Bart.tenent ⁊ defendunt Are.⁊ latius.d.Alex.hic. Eam impugnat sol⁹ Pau.de ca.hic in vna lectura: qr portio defuncti reuertit̃ ad ecclesiā, postqꝫ iste frater superuiuēs a se abdicauit illud ius emphyteuticum: nō quidē ex natura pacti: cū nō intersit paciscētiū acquiri alteri: ⁊ sic ecclesie: ẜm eū.l.stipulatio ista.§.alteri.s.eo. Quis ego statim in hoc cōtrariū tenuerim ⁊ meli⁹. Sed rōne abdicationis facte
80 a se † sicut si habēs vsumfructū renūciaret in manibus cuiusdā tertij: ex natura iuris renūciati, vsusfructus cōsolidatur cū proprietate.§.finitur.insti.de vsufruc. Facit ẜm eū tex.in.c.j.de eo q fecit finē agna.in feu.vbi si vasallus renūciat dño feudo in manibus vnius agnati, ista renūciatio ꝓdest alteri agnato, licet absenti: ⁊ qui nō est heres illius cui facta est renūciatio, sꝫ venit ex ꝑsona sua, ⁊ vult excludere renūciantē, lꝫ Bal.ibi destruat illuꝫ tex.intelligēdo eū qñ vasallus renūciauit iuri suo feudi in manibus directi dñi: quo casu cū ius vtile renūciantis cōsolidetur directo dño ex natura rei: ⁊ in cōsequētiā prodest ita renunciatio tertio agnato. ¶ Adde pro ista opi.Pau.de ca.cōtra Bar.bñ facere tex.quē.j.in discursu allegat.d.Alex.in.l.si vsusfruct⁹.ff. de iure do.vbi clare probat̃ qd si vsufructuarius renūciat in manibus tertij vsumfructū, qd ex tali renūciatiōe queritur ius directo dño.ergo idē debet esse in emphyteuta: cū vterqꝫ habeat dñium vtile: ⁊ pōdera ꝙ ille tex.ad literā tollit vnā respōsionē, quā dat Are.ad.d.§.finitur.insti.de vsufruc.allegatū per Pau. de ca. Nā dicit Aret.ꝙ ille text.facit in ꝯtrium, dū vult qd finit̃ vsusfructus, si dño ꝓprietatis ab vsufructuario cedat̃: nam extraneo cedēdo nihil agit̃: ita ibi dicit tex.qr dico ꝙ hoc expresse declarat text.in.d.l.si vsusfructus. qui formaliter dicit qm̃ diximus vsumfructū a fructuario cedi nō posse nisi dño proprietatis: ⁊ si extraneo cedatur.i.ei qui proprietatē nō habebat, nihil ad eū trāsire: sed ad dñm proprietatis reuersuruꝫ vsumfructuꝫ: quē tex.allegat gl.in.d.§.finit̃. Tñ tenēdo opi.Bar.potes rñdere prout respōdet.d.Ale.hic.ꝙ hic in causa diuisionis nō est facta aliqua prohibita trāslatio, per quam statim debeat cadere a iure suo.d.§.imperialē.c.preterea ducatus.de prohi.feu.alie per Fed.in feu.⁊ no.Bart.hic, secus in.d.l.si vsusfructus.ff.de iure do.vñ tene decisionē Bar.que est magis cōiter approbata, quā etiā tenet Fed.de se.in cōsi.lxxvij.incip.factū sic se habet quidā Abb.⁊ in consi.ccxxviij.incip.factū tale est duo fratres. Lu.ro. in.l.vnica in.xij.q.ad fi.C.qñ nō pet.par.⁊ in.l.stipulationes nō diuiduntur.in quinta charta per totā.s.eo.do.Alexād.in cōsi. clxxxviij.scdi vol.qd incipit viso ⁊ mature discusso processu.in iij.col.⁊ in consi.cv.quarti volu.quod incipit in causa Nicolagij de campegio.ad fi.⁊ in consi.xxj.quinti vol.qd incipit viso cōpromisso, ⁊ adde tex.nota.in.c.j.de eo qui fe.finem ag.gl.⁊ doc. in.c.si quis miles.in ti.consti.feuda.do.lotha.in feud.quā glos. in specie inducit.d.Alex.hic, reliquas tres.q. Bar.expediui in glos.vbi congruentius cadebat: ⁊ sic remanet plene expeditus iste.§.cum omnibus questionibus Bar.

1 ☞ Promissio facta ob turpem causam de preterito vel de futuro est ipso iure nulla.7.⁊.9.
2 Potest statutū ex causa publica ⁊ pro cōmuni quiete assignare premium occidenti bannitum.
3 Quod fit.l.permittente penam non meretur.
4 Licet homicidiū quod fit.l.permittēte sit impunibile, tñ qui illud facit peccat mortaliter.
5 Non valet statutum permittens homicidium.
6 Bannitus ex sola contumacia nō pōt impune occidi, virtute statuti permittentis bannitum posse impune occidi.
8 Generaliter oēs stipulationes turpes sunt nullius momenti. 123-

1 Si plagij. † Promissio facta ob turpē cām, de preterito, vel de futuro, est ipso iure nulla.h.d. ¶ In tex.ibi vl' facti cā.istū tex.reputat esse singularem Pau.de cast.⁊.d.Alex.hic.quod promissio seu dispositio remuneratoria maleficij iā cōmissi.non valet neqꝫ tenet.sec⁹ si fieret ꝑ maleficio cōmittēdo, ⁊ hoc sine sit remuneratio cōtrahētiū, vt hic: siue testatoris vel statuti. Qr statuta debēt esse honesta §.erit aūt lex.iiij.d.st.⁊.l.ij.⁊ ibi gl.ff.
2 de legi. † pōt tñ statutū ex causa publica: ⁊ pro cōi quiete, assignare premium occidēti bannitum: ẜm Hosti.⁊ alios in.c.j.de consue. Jo.an.in addi.Spec.in tit.de consti.§.j.ad fi.⁊ in regula ꝙ quis in mercurialibus. Itē valet statutum disponēs ꝙ bānitus possit impune occidi: cū cēseat̃ publicus hostis ciuitatis: vt no. Bar.in.l.ij.ꝑ illū tex.⁊ ibi Bal.⁊ alij.C.qñ liceat si.ind.se vind. ⁊ in.l.oēs populi.in.ij.q.iij.q.prin.ff.d iust.⁊ iur.⁊ in.l.amissiōe. §.j.de cap.dimi.⁊ in.l.vt vim.vbi etiam Bald.⁊ alij.ff.de iusti.⁊ iur.⁊ notabiliter Alber.de gādino in tractatu maleficiorum.in xxiij.rub.de bānitis pro maleficio.in.j.col. Bal.⁊ in.l.vnica.i.x. col.C.de cōfes.⁊ in.l.fi.C.si cōtra ius vel vti.pub.⁊ in.l.decuriones.C.de infamibus. Ang.in.l.j.ff.de cōsti.prin.d.Anto.de bu. Imo.⁊ alij in.c.que in ecclesiarū.de cōstitu.d.Ant.de bu.in.c.si vero.de sen.excō. Melius in tracta.bānitorū.in.j.q.secundi tēporis.d.Alex.in cōsi.cxiiij.primi volu.inci.ponderatis his que in themate narrātur.⁊ in consi.lxv.tertij volu.quod incipit attenta dispositiōe statuti in.j.col. Tñ aduerte: ꝙ cū tale homicidiuꝫ fiat statuto permittēte ex causa legitima, nō appellatur delictū
3 punibile: † qr qd fit.l.permittēte nō dꝫ puniri.l.Gracch⁹.C.de adulterijs.⁊.l.in cōcubinatu.ff.de cōcubinis.vñ stante tali statuto, pōt quis bānitū licite occidere, etiam in foro cōsciētie: ꝑ.d.l. gracc⁹.vbi etiā Bal.de quo tāgit Alber.de rosa.in tractatu statutorum.in vlti.parte.in.q.xvij.cū duabus seq. Cano.in.c.fi.de cōsue. Bal.in.l.j.in.ij.col.C.si a nō cōpe.iud. Et dicit.d.Ale.hic magnū verbū: ꝙ ista est magis cōmunis opinio: ī quo aduerte qd si dñs Ale.itellexerit qd ista sit magis cōis opinio: ꝙ valeat statutū disponēs ꝙ bānit⁹ possit impune occidi: credo quod verum dicat. Sed si intellexerit prout ius verba vidētur sonare, ꝙ stante dicto statuto licitū sit occidere bānitū etiā in foro cōsciētie: nō credo ꝙ sit verū: ⁊ in cōtrariū alle.gl.solēnē ī.c.inter hec.
4 xxiij.q.ij.que signanter tenet † qd licet homicidium qd fit lege vel statuto permittente nō puniat̃.d.l.Gracch⁹.tñ q illud facit peccat.quā gl.ad hoc reputat sing.Lud.ro.in repetitiōe autētice similiter.C.ad.l.fal.in.xxxiij.speciali pie cause inter vltimas volūtates: ponūt Imo.⁊ Mod.in.l.qd ergo.§.j.ff.de leg.j.illaꝫ gl.etiā reputat ad hoc sing.Jo.de ana.in.c.interfecisti.in.ij.col. de homi.ꝙ per ꝑmissionē iuris ciuilis nō excusatur qs a peccato homicidij. Alibi dixit Bal.in.c.j.i.j.col.de iudic.ꝙ stāte statuto ꝙ bānit⁹ possit impune occidi, ꝙ tale delictum nō sapit innocētiā: qr homicidium sine immūditia esse nō pōt. Alibi tenet
5 Bal.in.c.fi.in.iij.nota.de prescri. † ꝙ nō valet statutū permittēs homicidiū, taqꝫ statutū licētte: qr impossibile est ꝙ peccare mortaliter sit licitū. sed bñ valet quo ad impunitatē vel mitigationē pene.licet.d.Feli.in.d.c.que in ecclesiarū.in.vij.col.restringendo illā gl.in.d.c.inter hec.intelligat eā, qd loquat̃ qñ homicidiū permittitur ad vindictā.⁊ sic aio effundēdi sanguinē humanū: tūc peccat vt ibi. secus qñ facit zelo reipublice: ⁊ aio exequendi statutū. Itē intellige qñ tale statutū fieret cū causa q̃ est legitima ad occidēdū. vnde dicit Bal.in.l.cūctos populos.ī.viij.col. C.de sum.tri.ꝙ valet statutū disponēs qñ bānitus ex graui crimine possit occidi.l.raptores.C.de epis.⁊ cleri.sec⁹ si ex cā min⁹ legitima: tūc nihil valeret etiā in foro seculari. puta si fieret statutū ꝙ bānitus ꝑ pecuniario debito possit occidi. vt est glo.iiij. q.j.in summa, circa mediū.tenēt cano.presertim.d.Ant.de but. Jo.de imo.⁊ Mod.in.d.c.que in ecclesiarū. Bal.in.l.j.in.iij.col. C.si a non cōpe.ind.facit qd sināter decidit Bal.in.l.si mora.ff.
6 solu.matri.vbi tꝫ † qd stāte statuto, qd bannitus possit impune occidi: certe si esset bannitus ex sola contumacia, prout tota die contingit: nō posset occidi virtute dicti statuti: quia non est proprie maleficiū sed culpa.qd perpetuo nota: ⁊ ibi.d.Alex.in pe. charta. dicit ꝙ istud magis cōiter tenetur: cū concor.ibi per euꝫ

Universidad de Deusto Biblioteca

ad hoc allegatis. ¶ Sed aduerte ꝙ Bar. in cōs. clxxxviij. ꝙ in
cipit statuto castri plebis cauet: ꝙ quicunq; reperit exbānit⁹ ꝛc.
vbi notabiliter tꝫ Bart. ꝙ statutum disponēs ꝛ condemnatus
pro maleficio in. l. libris possit impune offendi vel occidi valet
ꝛ tenet, ꝛ est fauorabile, īductū fauore reipublice, ꝛ ꝑ quiete cōi
vt ibi notabiliter ꝑ eū. Idē tenet. d. Nellus de sancto Geminia-
no in tractatu suo bānitorū. in. q. secūdi tēporis. licet de Bar. ꝑ
xime allegato nō faciat mētionē, ꝛ dicit ꝙ lꝫ al's tenuerit qđ ta-
le statutū deberet intelligi qñ bānitus fuerat ex causa, ex qua ei
capto deberet irrogari mors: sequutus Ray. de Forl. idē tenen
tē in repetitiōe. l. oēs ppl'i. ff. de iusti. ꝛ iur. tñ nūc tenet indistin-
cte valere statutum: qꝛ in hoc non statuitur solum propter deli
ctū ꝑpter qđ fuit bānitus: sꝫ etiā ꝑpter cōtumaciā, ꝛ inobediē-
tiam factā suo principi, propter quā mors dꝫ sibi irrogari: vt est
tex. in. c. ij. de maio. ꝛ obe. Sed istud est fragile fundamentū in
telligendo text. in. d. c. secundo prout ibi glo. ꝛ doct. intelligunt.
7 ¶ † Redeūdo ad tex. Limita nūc istud notabile: ꝛ sic istum tex.
vt procedat qñ promissio fieret solum ob cām turpē de p̄terito:
tunc est nulla, vt hic: secus si promissor erat alias donatur⁹ ſm
Jaco. de are. in. l. si patronus. ad fi. ff. de dona. Pet. de bellaper.
Ray. Ang. Jmol. ꝛ latius. d. Alex. ꝛ Are. hic. ꝛ Lud. ro. in. l. ge
neraliter. s. eo. Secūdo no. ex hoc tex. ꝙ ꝑmissio facta pro male
ficio futuro, ꝛ sic faciēdo nihil valet: ratio est, qꝛ directo inuitat
ad delinquēdū cōtra. l. cōuenire. ff. de pac. do. ꝛ. l. si vnus. §. illud.
8 ff. de pac. † Item qꝛ generaliter oēs stipulationes turpes nulli⁹
sunt momēti. l. generaliter. s. eod. Item qꝛ Impia est promissio
que scelere adimpletur. vt inquit text. in. c. in malis promissis. in
fi. xxij. q. iiij. Itē qꝛ hic vertitur turpitudo ex vtraq; parte tam
promittētis q̄ recipientis. ergo est nulla. vt. l. j. §. j. de condic. ob
tur. causam. ¶ Limita istum tex. procedere qñ promissio dādi
fieret illi qui est facturus homicidium, vt illud faciat: ꝑ ratiōes
predictas. secus econtra. si ipse promitteret alteri: si homicidium
fecerit. tūc valet ꝛ est ſm bonos mores: qꝛ retrahit a maleficio
faciēdo. l. ex ea parte. §. mulier. s. eo. vnde valet ꝑmisso sub ista
cōditione, si ipse promissor homicidium faciet: per. l. denuncia-
mus. C. de his qui ad eccle. confug. Ita limitat Raph. cu. hic, ꝛ
l. impossibilis. s. eo. ꝛ sequitur. d. Alex. hic, facit quod tenet glo.
hic in secunda parte. ꝛ Bart. in vl. q. Ad idē bene facit quod si
aliquis promitteret non facere homicidium vel aliud delictum
sub certa pena: valet ꝑmissio talis pene. ita not. Bald. in. l. non
9 impossibile. per illum tex. vbi etiā est glo. ff. de pac. ¶ † Ultimo
pro clara intelligētia tex. ꝛ materie, considera tres casus. aut em̄
promittitur alicui ne delinquat: aut vt delinquat in futurū: aut
quia deliquit in preteritum: remunerandi delicti gratia: primo
casu valet promissio: quia causa non est turpis. Sed ei obstat
exceptio. l. fin. ff. de condi. ob tur. causam ꝛ in. l. iurisgētium. §. si
ob maleficium. cum gl. ff. de pac. Quia debebat gratis a malefi-
cio abstinere: vnde si voluit pecuniā aut ꝑmissionē vt abstineret
a delinquēdo, fuit turpitudo ex causa sua tātū: vt. l. idem ꝛ si. §.
j. ff. de condi. ob tur. cau. ideo obstat exceptio cōtra promissionē
sibi factā. d. l. fi. ꝛ ibi gl. ff. de cōdi. ob tur. cau. ꝛ. d. §. si ob malefi-
cium. cū gl. licet tex. ibi dicat nulla est obligatio. sed intelligitur
in effectu: vt intelligunt glos. ꝛ doc. circa cuius intellectū multū
insistit Are. hic, qui quasi aliud non dicit in hac. l. post Lud. ro.
ꝛ alios in. l. generaliter. s. e. ¶ Scđo casu qñ promittitur vt de-
linquat, talis promissio est ipso iure nulla: vt hoc tex. qꝛ directo
inuitat ad delinquēdū, vt dixi in precedenti notabili: vnde pro
missio que tēdit ad crimē: ꝛ sic refertur ad turpā cām: ipso iure
annullatur: in tantum, qđ etiā promissio cōseruationis indēni-
tatis facta ex tali cā si maleficiū cōmiserit, nihil valet: ꝛ nihil ex
ea cōsequi pōt. l. si remunerandi. §. rei turpis. ꝛ in. l. si mādauero
tibi vt ꝑ me. §. q edē. ff. mādati. Et est expressū in. l. si a reo. §. il-
lud qđ vulgo. ff. de fideius. ꝛ. l. dñs sticho. §. fi. ff. de peculio. leg. ꝛ
l. nec pretermittēdū. ff. ꝑ socio. ꝛ. l. qm̄ multa facinora. C. ad. l. iu.
de vi publi. ꝛ. l. quintus mutius. §. fina. ff. de ann. leg. ꝛ. c. sicut. ꝛ
ibi per Inno. ꝛ alios de iureiur. ꝛ iudex ex officio dꝫ interpone
re partes suas vt tales cōuētiones rescindātur. l. illicitas. in pn.
ff. de offi. presi. ¶ Tertio casu delictorū cōmissorum turpis ꝛ fe
da remuneratio est. ꝛ ideo promittendo nemo obligat: vt hic. ꝛ
dixi. s. in. j. nota. Et ad istā trimēbrem distinctionem que decla-
rat verum intellectum huius. l. adde Bal. in consi. cxvj. quarte
partis. qđ incipit: omittēdū est ꝙ ꝑmissiōes. in. j. col. ¶ Capio
gl. vnicā. quam diuide in tres partes. in prima declarat vtrūq;
casum tex. cū ratione dubitādi ad scđm. in scđa ponit limitatio
nē ad tex. In tertia ponit aliud exēplū: ꝛ sic alium intellectum
ad tex. scđa ibi, hec promitto tibi centum. tertia ꝛ vltima est ibi
alij dicunt poni exempla. ¶ In ead. glo. ibi. hec scđa est magis
dubitabilis dic eo qꝛ ꝑ primā stipulator directo inuitat ad de
linquēdū: vt dixi in tex. secus in secunda. Itē sicut pōt remitti
dolus p̄teritus, lꝫ nō futur⁹. l. si vnus. §. illud. ff. de pac. ita vide
batur valere promissionem factā pro maleficio preterito: licet
non pro futuro. Item ex quo maleficium iam erat completum,
videbatur cessare proxima causa turpitudinis. l. pe. ff. de cōdic.
ob tur. causam. Et istud tenebāt Pet. de bellaper. ꝛ vltramon.
quos etiam sequitur Cy. in rub. C. de cōdi. ob tur. cau. quasi sciē
ter tunc promittatur indebitum: ꝑ. l. j. ff. de cōd. indebit. Et ad
istum tex. respondent, qđ debet exemplificari ſm. l. fi. ff. de cōdi.
ob tur. causam. vt hic in glo. in vlti. parte. Sed istud reprobant
Bar. ꝛ alij oēs. ꝛ Ange. in rub. ff. de condi. ob tur. causam. qꝛ est
de directo contra istum tex. qui non pōt intelligi. ſm. d. l. fi. quia
tunc non fieret promissio causa plagij facti. vt dicit iste tex. ꝛ sic
plagium nō esset tūc causa promissionis. prout loquit iste tex.
sꝫ ꝑmissio fieret causa restitutiōis faciēde de ipso plagio: ꝛ sic d
filio vel seruo abducto. Item si quis premiatur de delicto iā fa
cto, inuitatur iterū ad delinquēdum: sicut etiā remissio peccati
inducit ad peccādum: imo plus si impunitas delicti inuitat ad
delinquēdum, fortius hoc debet facere remuneratio. ꝛ hec fuit
cā huius legis in verbo vel facti cā. ¶ In secunda parte gl. ibi:
si titius fecerit plagium valet Bar. ꝛ doc. intelligunt istam glo.
esse veram: qñ ille titius erat amicus, vl' cōiūctus promissoris:
qꝛ verisimile est ꝙ abstinebit a delicto: ne ille incidat in penā ꝑ
missoris. l. heres meus. §. fi. ff. de condi. ꝛ demonstra. secus si erat
amicus vel cōiunctus stipulatoris: tunc non valet: quia inuita
ret ad delinquendum: vt stipulator lucretur cotra. d. l. cōuenire
ff. de pac. dota. Et circa istam partē glo. quomodo intelligi de-
beat, vide Cy. ꝛ lati⁹ Sali. in. l. ex eo. C. de inu. stipu. quoad for
maliter recitat. d. Alex. hic ad quem te remitto. qui etiam ponit
quid in dubio post Jmo. ꝛ Pau. de Ca. hic, qui in hoc sunt cō
trarij. vide hic per eum.
1 ☞ Quādo quis est obligatus facere ad certum terminū, non
potest ante lapsum totum terminum effectualiter conueniri.
4 Quando ab initio est statutus terminus certus stipulatiōi, nō
potest ex postfacto immutari.
3 Bonum est argumētū de stipulationibus extraiudicialib⁹ ad
iudiciales: vbi non datur specifica ratio specialitatis.
4 Interesse succedit ex dispositione legis. 124
1 Insulam. † Stipulatio facti habēs diē cer
tū, non committitur ad interesse
ante diē: licet certum sit in residuo tēporis fieri non
posse. h. d. ¶ Diuidit in tres partes. In pria poni-
tur. decisio. In secūda ratio decisiōis. In tertia alia similis de-
cisio. secūda ibi neq; enim stipulatiōis stat⁹. tertia ꝛ vltima est
ibi, idemq; ꝛ in stipulatiōe. ¶ No. primo qđ qñ quis est obliga
tus quid facere ad certum terminum, non potest ante elapsū
totū terminum effectualiter cōueniri: dato qđ certum sit intra
illud temporis spaciū qđ superest fieri nō posse. Limita istū tex.
ꝑcedere in cōtractus stricti iuris: secus est in contractibus bo-
nefidei: in quibus incōtinenti poterit agi, etiam anteq̄ transeat
totum tēpus: dummodo cōstet intra illud tēpus nō posse fieri:
ita singulariter limitat istū tex. Bar. in. l. si in lege. §. si domus. ꝛ
ibi Raph. fulg. ff. locati. sequitur. d. Alex. in. l. stipulationes nō
diuidunt. §. j. in fi. s. eo. An sit vera hec limitatio dixi in. l. in illa
2 s. eo. vbi etiā. d. Alex. ꝛ Are. ponit. ¶ † Secundo not. ex secun-
da parte tex. ibi, neq; enim stipulationis status. ꝙ qñ ab initio
statutus est terminus certus stipulatiōi: nō pōt ex postfacto im
mutari facit. l. damni infecti. j. §. si is qui vnas. ff. de dam. infec.
ꝛ ꝙ in stipulationibus inspiciatur initium tēporis, est tex. in. l.
continuus. §. cū quis. in fi. j. eod. Et generaliter vniuscuiusq; cō
tractus initiū spectandum est. l. si procuratorem. in prin. ff. man
dati. facit. l. qui id quod. in prin. ff. de dona. ꝛ in. l. clam possidere
in prin. ff. de acquir. posses. ꝛ in. l. in ratione. j. §. si filio. ff. ad. l. fal.
Item qualitas que a principio cepit inesse perdurat. l. pater. §.
quindecim. ff. de leg. iij. ſm Baldū in. c. j. de feu. femi. in feudis.
3 ¶ † Tertio no. in ver. idēq; ꝙ bonū est argumētū de stipulatio
nibus extraiudicialib⁹ ad iudiciales, vbi nō datur specifica ra-
tio diuersitatis: Nā etiā in iudicijs dicit quasi cōtrahi. l. iij. §. idē.
scribit. ff. de peculio. glo. ꝛ Bar. in. l. ij. §. j. ff. de preto. stip. Ūñ d
stipulationibus ad iudicia nō procedit argumentū: cū stipula-
tiones ex vtriusq; consensu valeant: iudicia aūt reddant in inui
tum. ita est tex. in. l. inter stipulantē. §. j. s. eo. ¶ Capio gl. in ver-
bo mutatur. quā diuide in quinq; partes in prima assignat rō
nem ad tex. postea format tria contraria, q̄ tendūt ad diuersa, ꝛ
nullū eorū soluit. In prima ꝛ vltima allegat vnā cōcordantē ad
tex. scđa ibi, sed cōtra. s. eo. l. hoc iure. tertia ibi, itē cōtra. s. eo. l.
stipulationes nō diuidūtur. quarta ibi. itē cōtra. s. eo. l. cū stipu-
latus. quinta ꝛ vltima est ibi, ꝛ facit. s. eo. l. existimo. ¶ In e. gl.
ibi, qꝛ tota obligatio sub conditione ꝛ in diē collata videt: dic ꝙ
d. l. in illa stipulatione si calendis. s. eo. loquit de obligatiōe col-
lata sub cōditione ꝛ in diē, simul ꝛ semel. hic autem solum loqui
tur de obligatione ꝛ in diē. ꝛ sic parum facit. ¶ In eadem glos.
ibi, sed

ibi, sed cōtra. s. eo. l. hoc iure. dic ꝙ illa loquitur de obligatione
habēte conditionē ꝛ diē simul ꝛ semel: quo casu distinguitur vt
ibi in gl. in tertia solutione: ꝙ ibi conditio cōtinebat factū, non
dependens a ptāte promissoris. s. si titius ante calendas maias
in Italiā nō venerit. ideo tēpus appositū in cōditione nō cēse-
tur repetitū in promissione dādi. x. hic aūt factū pēdebat a po
testate ꝑmissoris: vt insulā fabricaret: ideo tēpus cēsetur repeti
tum in tacita stipulatione ad interesse: sicut in expressa stipula-
tione penali: vt. l. in illa stipulatione si calēdis. s. eo. ¶ In ea gl.
ibi, itē contra. s. e. l. stipulatiōes nō diuidunt. §. plane. vbi stipu-
latio committitur ad interesse particulare: eo ipso quo cepit esse
in mora inchoādi: ergo idē deberet esse hic. gl. primo dicit se ibi
dedisse aliā sol. q̄ fatet cōtrariū: ꝙ ad totale iteresse nō cōmittat
stipulatio ante diē: vt hic, ꝛ. l. si ita stipulatus essem abs te. s. eo.
Sed bene cōmittat ad particulare interesse. vt ibi, tñ Bartol.
Ang. ꝛ alij tenēt sequētē solutionē gl. ꝙ hic nō cōmittat stipu-
latio in aliquo: eo quia tēpus fuit in stipulatiōe expssum a par
tibus: quo casu stipulatio nō pōt cōmitti etiam ad particulare
interesse: nisi demū elapso toto tpe, ꝑ rationē quā assignat text.
hic in. ij. parte. Sꝫ in cōtrario nullū fuit expressum tps. ideo sti
pulatio cōmittit ad particulare interesse statim ꝙ fuit in mora
inchoādi: vt ibi. ¶ In ea. gl. ibi. Itē cōtra. s. eo. l. cū stipulatus
sim mihi a ꝑculo. vbi cōmittit stipulatio ad penā statim, cū in-
cipit esse certū, qđ opus intra tps ꝑmissum fieri non possit gl.
ibi rūdet ꝙ. l. cōtraria loquit: qñ in stipulatiōe fuit ꝑmissa cer-
ta pena: qꝛ illa committit mero iure, quāprimum constat: quod
promissum opus intra tēpus cōuētū fieri nō pōt. vt ibi. Sꝫ hic
loquit qñ nō fuit promissa aliqua pena: quo casu obligatio cō-
mittitur ad interesse ex dispositione legali: ideo non cōmittit in
aliquo ante lapsum totius tēporis. vt hic. ꝛ est tex. in. c. cōmissa.
in prin. ff. de elec. in. vj. qđ. c. fuit extractum ab ista. l. in rōne sui.
ꝛ sic vno verbo vbi est pena: hic iteresse ex legali dispositione: istā
sol. sequunt Bar. Ang. Paul. de cast. ꝛ cōiter alij. Solus Joā.
de imo. eā reprobat qꝛ fortius dꝫ cōmitti stipulatio ad interesse
q̄ est fauorabilior, q̄ pena que est odiosa vt. l. cū quidā. ff. de lib.
ꝛ posth. ꝛ in regula odia. de reg. iu. in. vj. ꝛ rūdet ad. d. c. cōmissa.
ꝙ loquit de pena legali, q̄ trahit secū executionē: qꝛ imponit pe
nā priuationis a bñficio ipso iure: si promotus ad regimē paro
chialis ecclesie nō faciat se ꝑmoueri ad sacerdotiū intra annū.
vt. c. licet canō. eo. ti. de elec. lib. vj. ideo nō cōmittit ante diem
ne sequat executio cōtra mētē. l. ꝛ est noua cōsideratio ī ista ma-
teria ſm eū. ¶ Sꝫ defendēdo p̄cedētē so. q̄ est cōis rūde ad fun
damētū Jmo. qđ vr prima fronte coloratū: qđ imo potius com
4 mittit pena q̄ interesse: † nā interesse succedit ex dispositione le-
gis. vt. l. si qs ab alio. in fi. ff. de re. iu. ꝛ. l. stipulatiōes nō diuidū
tur in ver. celsus. s. eo. Ideo tardius cōmittit cōtra reū, q̄ pena
cōuentionalis, q̄ ꝑcedit ex dispositione hoīs: qꝛ mitius agit cō
tra reū ex dispositione legis, quā ex dispositiōe hoīs. l. celsus. in
prin. ꝛ ibi gl. ff. de arbi. ꝛ ita etiā in simili ꝑ eādē rationē tꝫ bar.
in. l. si insulā. in. vj. oppo. s. e. Itē lex facilius moderat dispositio
nem suā ad preiudiciū alterius, q̄ prouisionē factā ab homine
in fauorē suū: vt in simili dicit gl. in. l. assiduis. in prin. in gl. ma-
gna circa mediū. C. q po. in pig. hab. ꝛ ibi dicit gl. qđ lex facilius
denegat alicui bñficiū suum legale, q̄ proprium illius auferat.
¶ Ultimo Jo. de imo. hic distinguit in ista materia obligatio
nis facti, quatuor casus: aut ī obligatione est dies tm̄: aut pena
tm̄, aut vtraq;, aut neutra, quā distinctionē formaliter recitat. l.
alle. hic. sꝫ ista satis habes ꝑ bar. ī. l. cū stipulat⁹ sis mihi a ꝑculo
s. eo. vbi multa bona circa hoc addidi. ad ibi dicta me remitto.
1 ☞ Uerbum presentis temporis non trahitur ad futurum.
2 Clausula codicillaris que potest operari in presenti, nō trahit
ad futurum.
3 Etiam dispositio que fit per verbum presentis temporis, trahit
ad futurum, quando venit accessorie ad ius de presenti.
4 Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus ver-
bi cui adijcitur. 125
1 Cum stipulamur. † Uerbū presen
tis tēporis non
trahit ad futurum. h. d. ꝑut habet in tex. verbū opor
tet, qđ est p̄sens indicatiui: ꝛ hoc mō ſm Bar. ista lex
nō habet dubiū: sꝫ vt statim audietis hꝫ magnū dubiū. alij ha-
bent verbū oporteret. ꝛ tūc dubiū est in hac. l. qꝛ est p̄teritū imp
fectum subiunctiui modi: tñ etiā pōt trahi ad futurū: vt fuit di
ctū in. l. q. Rome. §. angerius. s. eo. ꝛ tūc ſm Bar. si est aliqđ de
bitū de presenti vel in p̄teritū: ꝛ adhuc intelligit de debito pre
senti: ꝛ nō trahit ad futurū. ꝛ sic interpretatio fit pro promisso-
re. Si autem nihil deberet in preteritum: tūc intelligitur de de
bito futuro: ne al's stipulatio reddat inutilis. l. quoties in stipu
lationibus. s. e. ꝛ ſm istum intellectū. h. d. Stipulatio concepta
ꝑ verbū preteriti imperfecti subiūctiui modi: ī potest valere fa-
ciēdo relationē ad tēpus presens, nō porrigitur in futurū. h. d.
ꝛ hoc modo intelligēdo hic est casus multum notabi. sed si non
posset aliquid operari in presenti: tūc bene trahit ad futurū. l. si
debitor. §. verissime. ff. de cōtrahē. emp. etiā si esset verbū p̄teriti
plusquā perfecti: vt. d. l. q rome. §. angerius. in verbo cōstitisset.
ſm Ang. Jmo. ꝛ alios post Bar. hic ꝛ ibi. ꝛ sic pōdera subtili-
ter Bar. velle: quod in primo casu, qñ est verbū p̄sens. s. oportet
si ꝑmisi qcquid dare oportet: si nullū sit debitum de presenti, nō
tñ intelligitur adhuc de debito de futuro, etiam si in presenti ni
hil possit operari: vt differat primus casus a scđa lectura: ī qua
scđa lectura distinguit Bar. aut suberat debitū de presenti, aut
non: ergo vult ꝙ primus casus indistincte procedat: ꝛ sic quod
verbū p̄sens non trahat ad futurū, etiā qñ nullum debitū sub-
est de presenti, in quo possit promissio opari. Et potuit moueri
Bar. eo qꝛ proprietas verbi presentis hoc nō patit, vt ad futu-
rum quoquo modo trahat, vt hic, ꝛ. l. si stipulatus fuerim illud.
§. cū stipulamur. ꝛ. l. si a colono. cū similibus. s. e. dato quod hoc
modo reddat stipulatio inutilis, ꝛ nihil operet: ꝛ ita etiam pō-
derat Bart. velle Pau. de ca. hic. ꝛ simpliciter sequitur cū eo: lꝫ
nō sic declaret. ¶ Tene in hoc cōtra Bart. cōtra quem tenet in
terminis Bal. in. l. si ita scripsisset. ff. de leg. ij. vbi tenet qđ ver
ba p̄sentis tēporis trahātur ad futura: ꝛ sic ad cōditionalia: qñ
nō subsunt debita: puta ad que possint referri: per reg. l. fund⁹
qui locatus. in fi. ff. de fun. instru. sequunt Joā. de Jmo. Paul
de ca. ibi refert ꝛ reputat aureū. d. Fel. in. c. j. in. iij. col. de rescri.
ꝛ retuli ī. l. q rome. §. duo fres. in. ij. q. Bar. s. e. vbi ad hoc mul-
ta cumulaui. Idē cū Bal. tenēt Rapha. cu. d. Alex. ꝛ. d. Pet.
de bexu. in. l. si stipulatus fuerim illud. in. §. cū stipulamur. vbi
etiā idē tenui. s. e. Et istā decisionē Bal. cōtra Bar. hic sequitur
ꝛ dicit sibi plus placere Raph. cu. in. d. §. cū stipulamur. qꝛ al's
obligatio ꝛ ꝑmissio esset frustratoria ꝛ inanis: vt dixi, ꝛ verba
de se satis conueniūt. nam veniet dubiū futurū ſm naturā suā
scilicet vt statim debeatur, sed existēte cōditione vl' die: vt. l. qui
sic stipulatur. s. e. Itē etiā simpliciter tꝫ Raph. cu. hic. ꝛ sic con
cludo cōtra Bar. qđ in casu qñ est verbū p̄sens. s. oportet, debet
distingui sicut ꝛ in scđo: ꝙ si nō reperiat aliquod debitū in p̄te
ritū, ꝑtūc trahat ad futurū, ne stipulatio reddat inutilis, ꝑ istū
tex. ¶ Scđm scđam lecturā supius relatā infert Ang. ad clau-
2 sulā codicillarē cōceptā ꝑ verbū valere. † si testator dixit ꝙ si te
stamētū non valeret iure testamenti, valeat iure codicillorum: ꝛ
illa conditio poterit verificari in tēpore presenti puta quia testa
mentū erat de presenti nullū preteritione filij iā nati, licet post
ea firmat ex equitate pretoria, vt quia filius preterit⁹ viuo testa
tore decesserit: ꝛ erāt instituti venietes ab intestato. l. posthum⁹
in prin. ver. dē ꝛ circa. ff de iniusto rup. qđ lꝫ postea idē testamē
tū sic cōfirmatū, iterū rūpatur per querelā, forte ab illo filio ex-
heredato intētatā: ꝙ illa clausula codicillaris cōcepta ꝑ illud
verbū si nō valeret, nihil operabit: qꝛ cū nō potuerit operari in
presenti nō trahetur ad futurū per istū text. ꝛ per ea que superi⁹
dicta sunt. secus si in p̄senti potuisset operari: puta qꝛ fili⁹ post-
hum⁹ fuisset preterit⁹: ꝛ sic testamētū a principio nō esset nullū
donec nascat. l. iij. §. sed ꝛ si stāte. ff. de iniusto rup. ꝛ cū Ang. sim
pliciter trāseūt Jmo. Pau. de ca. ꝛ. d. Alexand. hic: ꝛ vide oīno
Bar. in. l. j. in. vij. q. ff. de iure codicil. cuius decisio dꝫ ſm p̄dicta
declarari ꝛ limitari, cū cōcordātijs hic traditis per. d. Alex. Idē
tꝫ Bal. in. d. l. si ita scripsisset. facit. l. his verbis. in fi. ff. de leg. iij.
quicquid hic teneat Are. pōderādo in cōtrariū rōnē Bar. in. d.
l. j. in. vij. q. ¶ Scđo per p̄dicta dicit Paul. de ca. se semel consu
luisse: cū quidā testator mādasset debita sua solui de pecunijs
quas habebat in monte Florētie: ꝛ postea dixit ꝙ illud ꝑresta
ret solutis debitis de dicta pecunia, relinquebat cuidā hospita
li, ꝛ tempore testamēti solutis debitis restassent mille: sed testa-
tor superuixit per plures annos: ꝛ plures alias pecunias in mō
te acquisiuit, ita ꝙ solutis debitis restabāt tria millia: an totum
hoc debeat illi hospitali, ꝛ determinat ꝙ nō: sed mille tm̄ in q-
bus potuit operari dicta dispositio tēpore testamēti. ꝑpter ver
bū restarēt, qđ est preteriti imperfecti subiūctiui modi ꝛ presen-
tis tēporis optatiui: ꝑ istā. l. sic intellectā ꝑ doc. sec⁹ si tēpore te-
stamēti nihil restasset ꝑ. d. l. si vēditor. §. verisimile. ff. de cōtrahē.
emp. Et ꝑ id qđ tenet Bar. in. d. l. j. ī. vij. q. ff. de iure codicil. Ad
de qđ cū decisiōe pau. de ca. simpliciter trāsit. d. Alex. hic. dicēs
tñ ꝙ in ista questione recurrendum esset ad materiā. l. si ita. ff. de
auro ꝛ arg. leg. ¶ Istā decisionē Pau. etiā refert ꝛ simpliciter se
quitur. d. Feli. in. c. ad hec. in. ij. col. de rescrip. sed Are. hic in vlt.
col. eā reprobat duplici fundamēto. prīo, qꝛ si creditū mōtis Flo
rentie creuit ex accessionib⁹ factis ad capitale, puta qꝛ singulis
annis ꝑ certa quātitate solueret tm̄, ꝙ creditor forte nō exege-
rat: ꝛ tūc decisio Pau. absolute ſm eum nō esset vera, quia etiā
dispositio que fit per verbum presentis tēporis trahitur ad fu-
turum, quod venit accessorie ad ius de presenti. vt est tex. nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

bilis in.l.fi.§.fi.ff.de lib.leg.per quem tex.ita determinat Bar.in d.l.si ita.in.ij.col.cōfirmo vltra Are.per illud ꝙ notabiliter decidit Pau.de ca.in.l.si tibi homo.§.cū seruus.ff.de leg.i.vbi dicit se cōsuluisse Florētie:cū quidā legasset alicui pecunias quas habebat sup mōte Florētino,quod etiā videt legasse redditum dictarū pecuniarū,q currerat viuo testatore:vel eo mortuo:licet in legato nō fecerit mētionem nisi de sorte.per tex.quem ad hoc reputat singularē.in.l.nomē debitoris.in prin.vbi est casus de hoc.ff.de lega.iij.ꝙ repatat Pau.de ca.esse valde notabile.ꝛ sequit simplr do.Alex.in.d.§.cū seruus.in vlt.col. ¶ Secūdo principaliter monet Are.ꝙ etiam si creditū esset augmētatum
4 aliter,adhuc decisio† Pau.de ca.ꝓcedere non pōt:qꝛ qualitas adiecta verbo,dꝫ intelligi ſm tps verbi cui adijcit.l.in delictis.§.si damnū extraneus.ff.de noxalibus.late Bart.in.l.ex facto.in prin.ff.de vulg.ꝛ pup.sed hic legatur hospitali creditū,quod restaret solutis debitis.i.cū debita soluerētur:ergo illud creditū videtur legatū ꝙ superest post mortē testatoris, quo tempore debita soluerētur.Unde etiā qñ dispositio fit p verba presentis temporis,intentio testatoris videt esse vt tps presens cōtineat futurū:in quo ille actus cōsummabitur.est tex.no.in.l.tutorib9 ꝛ ibi late Bal.ff.de test.tutel.per quē tex.ita tenet Bar.in.d.l.si ita.in.ij.col.ergo idē multofortius est dicendū:qñ dispositio fit per verba que possunt cōplecti etiā tps de futuro ex sua significatione:ꝛ confert in tps cuiusdā actus pficiendi post mortē testatoris.Et pōdera ꝙ nō sine causa.d.Alex.hic licet simpliciter transiuerit cum Pau.de ca.tñ dixit qđ in ista.q.recurrēdū esset ad materiam.d.l.si ita.ff.de aur.ꝛ ar.leg.ꝛ si illam materiam reuoluisset prout fecit Are.fortassis mutasset opinionem.

1 ☞ Partes possunt facere ꝙ vnū tēpus trahatur ad aliud.
2 Homo nō pōt de p se inducere fictionē,sed bñ cū authoritate.l.
3 Hec verba testatoris,lego titio fundū sub tali cōditiōe:ꝛ si cōditio extiterit,ex nūc lego,operant ꝙ existēte cōditione,qua pendēte titi9 mortuus est eius heres poterit petere dictū legatum.
4 In contractibus si promittitur aliquid annuum, an possit peti ante finem temporis.
5 Licet in contractibus conditio casualis trahat retro,tñ secus est in stipulatione annua.
6 Quando dena adijcitur prestationi annue,intelligitur de.x.singulis annis.

Si ita stipulatus fuero.

Si Titius ex stipulatiōe annua cōditionali pōt agi:vt existēte cōditiōe ēt pēsiones annorū pteritorū debeant. h.d.vsqꝫ ad.§.titiū.ꝛ istud pncipiū ppriē ponit breue summa-
1 riū.l.huiusmodi.ij.s.e. ¶ † Nota primo ex isto tex.ꝙ partes possunt facere quod vnū tēpus trahat ad aliud: ꝛ sic ꝙ conditio purificata trahat retro ad tēpus stipulatiōis.Et sic partes vident posse inducere fictionē translatiuam de tēpore ad tps, vt obligatio,q vere fuit cōmissa,nūc tēpore purificate cōditiōis:trahat retro,ꝛ videat commissa tēpore promissionis facte: quod est notandum ad ea que tradit Bar.in.l.si is q p emptore.ff.de
2 vsuca.presertim in.q.j.prin.ꝛ latius.v.q.prin.† In quibus locis vr cōcludere Bar.ꝙ homo non possit de per se inducere fictionē:sed bene cū authoritate legis:put etiā cōtingit hic:ꝛ pōdera ꝙ istud preuenit in hoc tex.eo qa in promissione fuit dictum ex hac die.idem si dictū fuisset ex nūc, vel ex nunc prout ex tūc iuxta gl.in.l.j.C.de codicil.ꝛ in cle.j.de cōces.prebē.Jo.an.in.c.preterea requisisti.de appel.vel p similia verba.l.lecta.in fine.ff.si cer.pe.ita dicūt Bar.ꝛ Jmo.hic,ꝛ in.d.l.huiusmodi.ij.s.eo.secus si dictū fuisset ex illa die.qꝛ videret tunc esse mens partium qđ dies cōditionis attendat. Tu dic melius ꝙ istud in hac.l.ꝛ d.l.huiusmodi.fuit non solū propter dictionē ex hac die.sꝫ etiā ppter dictionē tūc:qꝛ fuit dictum tunc ex hac die:ꝛ dictio tunc cū dictione ex hac die respicit retro ad tēpus interposite stipulatiōis.ꝛ ista est veritas ad vtrūqꝫ tex. ¶ Addō tñ p limitatiōe illud quod notabiliter decidit alibi.Bar.in.q.qđ dicit sibi de facto cōtigisse:in.d.l.si is qui p emptore.in pe.charta.in ver.secūdo ad aliud mihi de facto cōtingēs.vbi qrit: Pone testator le-
3 gauit † titio talē fundū sub cōditiōe,ꝛ adiecit ista verba,si talis cōditio extiterit ex nunc lego titio illū fundū.ille titius pēdente cōditiōe mortuus est:postea cōditio extitit:heres titij petijt legatū fundi.certe si in testamēto nō essent illa verba si talis cōditio extiterit ex nunc lego titio non esset dubiū aliqđ: qđ heres titij nihil deberet habere:qꝛ legatū conditionale nō trāsmittit ad heredes legatarij.§.ex conditionali.insti.de verb. obligatio. Sed propter illa verba videt qđ retrotrahat, ꝛ habeat perinde ac si cessisset dies a tēpore mortis testatoris: ꝛ sic legatario viuo:ꝛ cōsequēter debeat heredib9 legatarij:vt est bonū argumētum hic,ꝛ in.d.l huiusmodi.ij.s.eo.ꝛ in d.l.lecta.ad fin.ff.si cer.pe. Contrarium tamen determinat ibidem notabiliter, Bartol.quia cum nunc legatarius sit mortuus,qñ euenit cōditio:ꝛ sic vltimum extremum a quo sit inhabile:certe fictio illa pcedere non potest,vt ibi plenius per eum.An illa decisio Bar.sit vera:licet nemo ibi aliquid dicat,ego ibidē plene examinaui,ad ibi dicta me remitto.ꝛ inter cetera tenui vnum quod est ad propositū nostrū:qđ isto casu mortuo legatario cōditio nō trahat retro quo ad transmittēdum legatum conditionale ad heredes legatarij:contra.d.§.ex conditionali.cū glo.sed qđ illa verba ex nunc lego Titio fundū operent ꝙ si viuo Titio cōditio extiterit,ex nūc testator vult ꝙ habeat fructus, ꝛ cōmoditatē medij temporis ex fundo legato:ꝛ sic trahat retro:vt ex nunc habeat emolumētum fundi legati:vt hoc tex.cū concordantijs.s.alle-
4 gatis. ¶ † Scđo pondera tex.ibi post triēniū.qui videt probare qđ in contractibus si promittat aliquid annuum: possit peti nisi in fine tēporis:cuius cōtrariū tenēt Bar.ꝛ magis cōiter docto.in.l.qui hoc anno.s.e.ꝛ in.l.j.C.qñ dies leg.ced.vnde expone istum tex.post triennium.i.ceptum ſm Jmo.ꝛ d.Alexā.hic.
5 ¶ † Tertio no.ex isto tex.diligēter ꝙ licet in stipulatiōe:ꝛ sic in contractibus cōditio casualis semper trahat retro,ad diem celebrati contractus: ꝛ perinde habeat ac si contractus fuisset a principio pure celebratus,etiā si hoc nō fuerit expresse actuꝫ,vt l.potior.l.qui balneum.ff.qui po.in pig.hab.ꝛ.l.necessario.§.qđ si pendente.ff.de periculo ꝛ com.rei vē.ꝛ.l.sub conditione.ff.de so.late Bart.in.d.l.si is qui pro emptore. eo quia in stipulatione simplici vnius rei vel quantitatis,non grauat in aliquo promissor per hoc ꝙ cōditio trahitur retro.cū semel tñ soluere habeat:ꝛ melior in hoc efficiat conditio stipulatoris:vt sic possit preferri alijs creditorib9:vt in iurib9 preallegatis. Tñ secus est in stipulatione annua:ꝛ sic multiplicabili, in qua esset grauamē promissoris si cōditio traheret retro:cū haberet plures solutiones facere pro singulis annis preteritis.vnde non trahit tūc retro:nisi hoc fuerit expresse actū:vt hic.ꝛ.d.l.huiusmodi.ij.s.eo. Et in hoc cōsistit vis ꝛ medulla istarum legum. ¶ Capio gloss. in verbo dena. quam diuide in tres partes. In prima remouet vnum contrariū.In secunda allegat duas cōcordātes.ꝛ prima declarat text. nā videt esse quedam preposteratio,prius deberi q̄ꝫ cōditionē existere. Tñ intellige ꝙ nō debeat interim:sed qđ cōditione existēte debeat:vt ex retro l.preposteri.C.de testamē. allegata in gl.In tertia gl opp.ꝛ de solutione se remittit.secunda ibi.ꝛ facit.C.de testa.tertia ꝛ vltima est ibi.sed contra.s.de v-
6 suris. ¶ † In eadem glos.ibi dena.i.decem. ꝛ sic impropriē loquutus est iurisconsultus ſm glos.qđ nullatenus est ferēdū.dic ergo melius ſm Bar.ꝛ Jmo.ꝙ qñ dena adijcit prestationi annue,intelligitur de.x.singulis annis: vt hic Alias si intelligeretur de his.x.ꝛ sic.xx.l.si quis testamēto.ff.de lega.j.de qua.l. gl. voluit opponere.de quo vltimo vide per Bart. ꝛ alios in.l. stipulatio ista.§.eum qui.vbi dixi.s.eodem. licet Aret.hic ponat. ¶ In fin.glos.dic in.d.l.cum quidam.in princi. excederetur legitimus modus vsurarum,si soluerentur vsure maiores ꝛ etiam minores : quod non est hic secundum glos. in. l. huiusmodi.ij. vbi dixi.s.eo.

2 ☞ Qui promittit separatim proprietatē de per se, ꝛ postea vsumfructum,tradēdo vsumfructū liberat a promissione ipsius vsusfructus,ꝛ licet postea ad eundē reuertat vsusfructus , non reincidit amplius in eandem obligationem , sed tenet tantum ad nudam proprietatem.secus si,fundum promisit pleno iure.
3 Per solutionem partis integralis , non inducitur liberatio in aliquo.
4 Usufructus formalis extinguitur multis modis.
5 Hec verba pleno iure,quid importent.
6 Si papa donat aliquam rem pleno iure,intelligit donare in spiritualibus ꝛ temporalibus.
7 Jlle dicitur possidere pleno iure,qui possidet vt dominus.
8 Fundi appellatione venit proprietas ꝛ vsusfructus:ideo qui p misit fundum simpliciter,intelligit promisisse proprieta.ꝛ vsumfructum nu.9.
10 Usufructus formalis separatus a proprietate,est alterius qualitatis q̄ꝫ iunctus cum proprietate.
11 Difficultas excusat a mora,si est obligatio dandi pecuniam.

interesse.ideo prohibet etiã institutio heredis p rõnẽ quã assi
gnat gl.s.in.ij.pte: q2 nõ solũ nõ debuit alienare. sꝫ etiã debuit
curare ne ad eũ perueniret ab intestato,cũ esset in eius potesta
te hoc facere,faciendo testm̃ vel codicillos ꝛ alios relinquendo
vt ibi dixi.¶ Jtẽ dũ gl.oppõit de.l.quedã.ff.de acq.re.do.ꝛ nõ
18 soluit,dic q ille tex.põt in oppositũ dupliciter induci.† primo
q vbi est propibita alienatio rei:tñ permittitur institutio here
dis in illa re:ergo cõtra istum tex.scõo obstat:nã cum vniuersi
tate multa transeunt que nõ possunt particulariter transire, vt
ibi est tex.ꝛ.l.in modicis.ff.de cõtrah.emp.ꝛ.c.ex literis.de iure
patr.Sed hic titius in testamẽto nihil disposuit de seruo phi
bito alienari, sed fratrem in parte heredẽ instituit: ergo cũ vni
uersitate hereditatis debet pro parte ad eum trãsire: responde
plenius q Bar.quod ibi loquitur quando alienatio prohibet
a.l.ꝛ prohibetur simpliciter ꝛ indistincte quo casu dominiũ nõ
trãsfertur titulo singulari,sed bñ vniuersali.l.j.ff.de fund.do.vn
de institutio heredis non videtur esse phibita,vt ibi. hic auteꝫ
loquitur qñ est prohibita alienatio per hominẽ specialiter,ꝛ no
minatim in personas certas.Jdeo tunc prohibetur alienatio
non solũ titulo speciali sed etiã titulo vniuersali:q2 committitur
stipulatio ad interesse ꝛ sic etiam heredis institutio est prohibi
ta,vnde regula.d.l.quedam.non habet locum in prohibitis per
19 hominem specialiter.¶ †Extra gl.Bar.examinat duas prin
cipales questiones.Prima est an prohibita alienatione in con
tractu intelligatur prohibita trãslatio dominij titulo singulari.
Secunda questio est quando est prohibitio.l.vel testatoris, vel
contrahentium ꝛ an impediatur translatio dominij titulo vni
uersali ex testamẽto vel ab intestato.¶ Circa primam questio
nem ex dictis Bart.fac regulam ꝛ duas fallentias.Regula est
quod quando prohibitio alienatiõis fit a cõtrahentibus regu
lariter non impeditur translatio dominij:licet cõtrafaciens te
neatur ad interesse,vt hic,ꝛ.l.ea lege.C.de ꝯdictio.ob causam.ꝛ
vltra Barto.ꝛ scribentes ad idem tex.in.c.raynaldus.in verbo
teansferendi in aliũ ꝛ ibi.do.Ant.de butrio ad hoc not.de test.
Jsta regula ẽm Bar.fallit in duobus casibus.primus quando
stipulator retinuit aliquod ius in re.secũdus quando alienatio
esset irretractabilis.Jdem in effectu tenet Bart.in.l.filiusfa.§.
diui.el.ij.in pe.col.ff.de leg.j.Jnsistam circa ista tria examinan
do vnũquodq de per se.Assumo primo regulã circa quam ali
20 qua sunt addẽda.¶ †Videam9 in primis que sit ratio funda
mentalis istius regule.Dic q2 accipiens est effectus dñs rei per
traditionẽ sibi factã a domino per consequens potest in alium
transferre dominium quod suum est.l.traditio.ff.de acqui. rerũ
do.non obstante prohibitione alienationis quia sicut ex solo ti
tulo cõtractus nõ transfertur dñium ipso iure ꝛ sic volũtas cõ
trahentiũ sola non est sufficiens ad translationẽ dñij inducẽdã.
l.traditionibus.C.de pac.ꝛ.l.si ager.ff.de rei. ven. ita etiam non

Universidad de Deusto Biblioteca

est sufficiens ad impediendū translationē dominij: sed qꝛ acq-
rens ꝓmisit nō alienare ⁊ sic ꝓmisit factū negatiuū: si cōtra fa
ciat succedit obligatio ad interesse per regulā.l.stipulatiões nō
diuidunt.ver.Celsus.§.eo.⁊.l.si qs ab alio.in fi.ff.de re iu. ⁊ in
specie in ꝓmissione facti negatiui si ꝯfiat cōtrafaciēs teneat ad
interesse est etiā tex.i.l.ij.§.itē si in facto.in.l.si sic stipulat⁹ sum.
21 §.e.⁊ gl.hic in gl.fi.in prin. † Hinc est ꝙ in vltimis volūtatibus
transfert dñium ipso iure sine aliqua traditione.l.a Titio.in fi.
ff.de fur.⁊.l.si tibi homo.§.cū seruus.ff.de leg.j.⁊.l.cū heredes.
in prin.ff.de acq.poss.Certe p ꝓhibitionē alienationis factā in
vltima volūtate bñ impedit trāslatio dñi,vt est gl.ord.in.l.cum
pater.§.libertis.ff.de leg.ij.doc.in.l.filiusfa.§.diui.el.ij.ff.de leg.
j.⁊ ad istā rationem vide gl.in.l.fi.C.de re.ecc.nō alie. Hinc infe
ro qꝺ si essemus in ꝯtctibus in casu in quo ex solo ꝯctu ⁊ sic ex
solo titulo sine traditione transferret dominiū,vt in ecclesia, vt
l.fi.C.de sac.san.ec.⁊.c.ex parte.de cōsue.⁊ in aliis casib⁹ enume
ratis per gl.magistrā in.l.si ager.ff.de rei vendi. tūc ꝓhibitio de
nō alienando in cōtractu ita impediret trāslationē dominij, si-
cut in vltima voluntate: qꝛ tunc cessaret ratio regule. §.dicte. ⁊
ita in specie tꝫ Bal.in.l.peto.§.fratre. in.v.oppo. ⁊ ibidem Jo.
de Imo.ff.de le.ij. Et no.bene istam limitationem ad istā regu
lam ⁊ ad istū tex.qꝛ cōtinet plures sub se vltra illas duas fallen
tias hic ponit Bar. ¶ Contra istam regulam ⁊ sic cōtra istum
tex.videtur fortiter obstare tex.in.l.fina.C.de reb.alie.non alien.
vbi est tex.ꝙ prohibita alienatione siue per.l.siue per testatorē,
siue per contrahentes intelligitur prohibita trāslatio dominij,
⁊ omnis actus per quē fit trāslatio dominij,siue directi vel vti-
lis vel alterius iuris Bar.hic in prima fallētia videtur respon-
dere ꝙ ille qui prohibuit alienari reseruauit sibi aliquod ius in
illa re prohibita. Ideo talis prohibitio impedit translationem
dominij.ad hoc allegat.d.l.fi.C.de reb.alien.non alie.⁊ si ista fuit
intētio Bar.truffa est dicere ꝙ ibi ꝓhibens reseruauit aliquod
22 ius:ideo impedit trāslatio dñij. ¶ † Unde dic ſm gl.ibi,⁊ bene
qꝺ illa lex voluit enumerare q̄ contineantur appellatione alie-
nationis,siue lex,siue testator,siue pactio contrahentiū eā pro-
hibeat ⁊ determinat quod siue transferat dominium siue consti
tuat ius pignoris in re,siue constituat vsumfructū dicitur alie
nare:non aūt determinat illa lex an prohibita alienatione inter
cōtrahentes impediatur trāslatio dñij. ¶ Amplia notabiliter
23 istā regulā vt ꝓcedat etiā si interuenisset iuramētū.† Uñ si ali-
quis promisit non alienare certā rem:⁊ ita iurauit si postea alie
net non obstante iuramento,valet alienatio ⁊ transfert dñiū li-
cet alienās sit periurus ⁊ teneat ad interesse.ita signāter tenent
Inn,Host.⁊ alij in.c.dilecto.de preben.⁊ ibi do.Abb.in pe.col.
de quo dicto facit mentionem Aret.hic in.v.col.in duobus lo-
cis in princ.⁊ in fi.postea in pen.⁊ vlti.col. distinguit, vt hic per
eū. Alij nihil tangunt.est pulchra ⁊ vtilis decisio. ¶ Adde ve-
rum esse quod actus gestus cōtra iuramentū valet ⁊ tenet: licet
ꝯtrafaciēs sit periurus,vt est tex.in.c.sicut ex literis.de spō.vbi
tenet matrimonium ꝯtctum cōtra iuramentum. Nā si aliquis iu
rauit contrahere matrimonium cū vna muliere,⁊ postea cōtra-
hat cū alia:vꝫ scdm matrimonium nō obstāte iuramento: licet
contrahens scdm matrimonium sit periurus.ad idē est text.in
c.de illis.eo.ti.de spō.p quē tex.no.ibi do.Abb.qꝺ etiā act⁹ spi-
ritualis,vt matrimonij.gestus cōtra iuramentū vꝫ ⁊ tenet:licet
piurio penitētia sit iniungēda,vt ibi dicit tex. ad idē tex.in.c.j.
de spon.duo. Itē ꝙ iuramentum nō impedit validitatē actus
in ꝯtriū facti,licet attentans sit periurus,tꝫ etiā Jo. An.in reg.
ꝙ semel in mercu. Idē ⁊ latius tꝫ do.Ab.in.c.intellecto. in pe.
⁊ vlt.col.de iureiu.vbi etiā refert idē tenere Arch.in.c.si a sede.
de preben.in.vj. Specu.in tit.de emptio.⁊ vend.§.tertio loco.in
vers.quid ergo.in fi. Idem tenet do.Abb.in.c.si diligenti. in.ij.
col.de prescrip.do.Alex.in consi.xvi.tertij voluminis ꝙ incipit
ponderatis narratis in themate. ¶ Adde ꝓ ista cōclusione fa
cere qꝺ tꝫ Jo.An.in.d.reg.ꝙ semel in mercu.Bart.in.l.si qs in
24 principio testamenti.in vlt.col.ff.de leg.iij. † vbi tenent ꝙ si te-
stator facit testm̄ ⁊ iurat illud nō reuocare si postea facit secun-
dum testamētū vꝫ ⁊ tenet lꝫ sit periurus. Idē tenēt gl.⁊ Archi.
xiij.q.ij.in.c.vltima volūtas.cū aliis suis cōcor. Imo fortius te
nuit Bar.in.d.l.si qs in principio testamēti.ꝙ etiā isto casu nō
est piurus qꝺ vltimū ꝓ nūc alr̄ nō examino:⁊ ꝯtriū in hoc vlti-
mo tenuit.d.Alex.in.l.stipulatio hoc mō ꝯcepta.§.e. ¶ Scdo
ꝓ ista cōclusione facit illud qꝺ tꝫ gl.singularis ⁊ approbata in
c.fi.§.fi.de procu.in.vj.vbi tꝫ ꝙ si dñs cōstituens procuratorem
iurat eū nō reuocare si postea eū reuocat valet ⁊ tꝫ reuocatio li-
cet sit periurus ⁊ refert ibi Gemi.qꝺ per illam gl. consuluit egre
gie Fede.de Senis in consil.cvj.qꝺ constituens procuratorem
ad renunciandū:lꝫ iuret non reuocare, nihilominus valebit re
uocatio,lꝫ reuocās sit periurus ⁊ illam gl. in.d.c.fi.§.fi. sequitur
Bal.vbi sing.eam limitat in rub.extra de procu.in.x.col.Ang.
in.l.⁊ in perpetuū ff.de ꝓcu.Jo.de Imo.in.l.Stichū.§.vsum-
fructū.ff.de sol.⁊ latius Imo.in cōmento.c.cū cōtingat.in.xiij.
char.de iureiur.Lud.Rom.in.l.alia.§.eleganter.in vlt.char.ff.
so.ma.⁊ in.l.j.§.si stipulanti.in.xij.col.§.eo.Pau.de Ca.in cōs.
25 lv.incip.venerabilis vir.in.iij.col. ¶ † Tertio ad idem facit qꝺ
si prima vēditio vel donatio sit facta cū iuramēto,deinde eadē
res sit vendita simpliciter ⁊ tradita secundo: prefertur secūdus
prime venditioni iurate:per tex.in.d.c.sicut ex literis. Quia iu-
ramentū appositū in prima venditione non impedit translatio
nem dñij in secunda in qua interuenit traditio. ita signanter tꝫ
Jo.de Imo.in cōmento.d.c.cū cōtingat.de iureiur.in duobus
locis.in co.clxxxiiij.in col.seq.de quo vltimo dixi in.l. quoties.
C.de rei vē. ¶ Quarto facit quod tenet Bar.in.l.omnes popu-
li.ff.de iust.⁊ iur.in.iiij.q.tertie questionis principalis in versic.
circa tertiū qñ primum statutum est iuramento firmatum : vbi
26 tenet qꝺ † qñ primū statutū est iuramēto firmatū,si postea fiat
aliud statutū in cōtrariū,illud scdm vꝫ ⁊ tenet non obstāte iura
mento.Et primū statutū q̄uis iuratū pōt tolli per sequens sta
tutū cōtrariū:lꝫ reuocantes sint periuri.allegat ad hoc Barto.
tex.in.c.j.in fi.de spon.debuit allegare tex.in.d.c.sicut ex literis.
de spon.Ad idē alleg.Bar.tex.in.c.j.in fi.de vot.in.vj. De quo
pūcto ponit late Alb.de ro.in aut.hoc inter liberos. C.de test.
¶ Quinto facit qꝺ tenet Spec.⁊ Jo.an.in tit.de leg.§.nūc tra
27 ctemus.in versi.sed si legatus reseruauit.vbi volūt † ꝙ receptio
facta de aliquo in canonicū p canonicos,vltra numerū taxatū
in suo statuto iuramento vallata,iuxta.c.cū.M.ferrariensis de
const.valeat:lꝫ canonici sciēter eū recipiēdo vltra dictum nume
rum incurrant in periuriū. Idē tenent Jo.An.d.Ant.de Bu.
Pe.de Anch.⁊ do.Alb.in.d.c.dilecto.de preb. ¶ Sexto facit
illud qꝺ in.q.facti dicit se consuluisse Gaspar.Calder. in.c. cum
contingat.de iureiur.prelatus iurauit non alienare bona eccle-
sie inconsulto Papa ꝓut hodie cōmuniter iuratur, demū alie
nat cōtra iuramentū consuluit, ꝙ alienatio valeat ⁊ teneat ita
ꝙ rōne solius iuramēti nō venit reuocāda. Quia regulariter tꝫ
actus factus cōtra iuramentū ex quo lex non alr̄ resistit infert
⁊ simplr̄ sequit do. Abb.in.d.c.intellecto.in vlt.col. de iureiurā.
28 ¶ † Septimo ad idē facere videt qꝺ iuramentū interpositū su
per aliquo actu vel contractu intelligitur ſm naturam illius a-
ctus super quo interponitur.l.fi.C.de non numer.pec.⁊.l.sed ⁊ si
possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiu.⁊.c.quemadmodum. ⁊
ibi do.Abb.ad hoc no.de iureiu. Sed ad hoc vltimū posset di
ci ꝙ predicta iura procedunt quādo in principali dispositione
deficit cōsensus,vel est certo modo limitatus, tunc eodē modo
intelligitur iuramētum.ita declarat Bart.in.l.si quis pro eo.in
pe.col.in.viij.membro.ff.de fideiuss.Bal.in.l.j.in.ij.q. C.cōmo.
Jo.de Imo.in.c.per tuas.de arb.⁊ in.c.j.de iud. ¶ Ultimo pre
dictam decisionem Inn.⁊ Host.in.c.dilecto.de preb.vltra doct.
preallegatos reperio quod apud legistas refert ⁊ simpliciter se
quitur Albe.de Ro.in.d.l.ea lege.in vlt.col.C.de cond.ob cau.
¶ In contrariū tñ videt facere qꝺ in obligationib⁹ facti,vel nō
facti iuramentum obligat precise ad factum,vt tenet gl.reputa
ta singularis in.l.si pecuniam.in prin.in gl.parua. in verb.neces
se habeas que dicit,vt qꝛ iurasti.ff.de cond.ob cau.de cuius ve-
ritate ibi late dixi.⁊ ponit Aret.hic in pen.⁊ vlt.col.⁊ ita habes
29 bñ expeditā regulā huius tex. ¶ Capio primam fal.Bar.† qñ
qs retinuit ius in re quā ꝓhibuit alienari puta ius pignoris vel
dñij:tunc impeditur translatio dominij:per.l.si creditor. §.fi.ff.
de distr.pig.ſm literā negatiuā que est vera ⁊ ille text.est ad hoc
sing.⁊ non reperitur alibi in iure ſm Ang.⁊ Imol.in.l.qui Ro
me.§.coheredes.§.eod.⁊.l.filiusfa.§.diui.in.ij.ff.de leg.j. Et per
30 hoc Bart.† dat consilium seu cautelam ad impediendū ne res
possit alienari ꝙ prohibens alienationē fieri sub pena dicat qꝺ
pro obseruātia pacti vult quod illa res sit sibi obligata iure pi-
gnoris,tunc alienatio impeditur,per.d.l.si creditor.§.fin. Cum
Bar.trāseunt alij hic. Idem vbiqꝫ tenet Bar.scilicet in.l.si cre-
ditor.§.fi.⁊ in.d.l.filiusfami.§.diui.in.ij.in penult.col.⁊ in.d.l.ea
lege.⁊ in.d.l.qui absenti.§.j.in fi.ff.de acquir.possess.⁊ in.l.nemo
paciscendo.que est lex penult.⁊ ibi Angel.⁊ alij.ff.de pact.Sed
Bal.in.d.l.ea lege.dubitat circa.d.l.si creditor.§.fi. quod quan-
do habeo solum ius pignoris quod per hoc dominus non pos
sit rem suam alienare,certe hoc non debet sibi obstare:nam alie
natio non preiudicat creditori:qꝛ habet ius reale.l.iusto. §.non
mutat.ff.de vsucap. quare ergo per hoc prohibetur alienatio:se
cus qñ prohibens habet directum dominium, ⁊ prohibitus
vtile,vt in emphyteuta tūc bene impeditur trāslatio dominij:
etiam sine pacto,vt.l.fina.C.de iure emphyteu. allegata hic per
Bar. Nec obst.tex.in.d.l.si creditor.§.fin.dum dicit nullam esse
venditionē,vt pactioni stetur:quia intelligitur qꝺ est nulla. s.in
preiudiciū creditoris:qꝛ ius pignoris durat:sed qꝺ in preiudi-
cium ipsius debitoris vendentis sit nulla,⁊ quod nō transferat
dominium

dñium suum remanente iure pignoris creditori, istud non ad-
mittit Bal. Istā opi. Bal.sequitur do.Pe.de bexu.hic dicens
eā sibi semp placuisse lꝫ dicat ꝙ illa opinio: qꝛ cōis seruaret in
practica. Et si subtiliter dicas si tex.in.d.l.si creditor.§.fi.dñ di-
cit nullā esse venditionē.intelligeret.s.in preiudiciū creditoris:
qꝛ ius pignoris durat,certe istud erat etiā sine pacto. d.l.iusto.
§.non mutat.ergo illud pactū esset frustratoriū, ⁊ nihil opera-
ret:⁊ tex.ibi,inepte dubitaret ⁊ de validitate illi⁹ pacti. Istud
fortiter vrget ꝯ opi.Bal.Sed ad hoc rñdet Raph.cu.hic qui
tñ tꝫ cōmunē opi.ꝙ illud pactū operabit ꝙ etiā sine alia discus-
sione poterit perueniri contra illū cui res erat alienata : cū etiā
iure veteri essent aliqui casus in quibus prius erat deueniēdū
contra principalē debitorē. ¶ Adde etiā ꝙ Sali.in.d.l.ea lege.
in.xiij.opp.dubitat de ista opi.Bar.⁊ cōmuni: qꝛ si debitor nō
posset alienare dñium suum ꝓpter hoc quod creditor reserua-
uit sibi ius pignoris in illa re,certe illud dñium esset semper pe
nes debitorē inutile,si ponas eū non posse luere ꝓpter pauper-
tatē,⁊ aliud nō habere in bonis qꝺ est absurdum dicere:⁊ intel
ligit.d.l.si creditor.§.fi.dñ dicit nullam esse venditionem scilicet
i ꝑiudiciū hypothece creditoris,vt etiā statim.§.dixi. Et illud
pactū de non alienādo operabit ibi ſm eū, ꝙ lꝫ alienādo trāsfe
rat dominiū ⁊ non liberū propter hypothecā : tñ debitor vltra
tenebetur ad interesse creditoris,vt ibi voluit glo.⁊ hoc operat
pactū secundū est. Et per ista tꝫ Sali.ꝙ cōsiliū Bar.§.relatum
nō est bonū:qꝛ nō pōt dici hypothecā esse impeditiuam transla
tionis dominij,sed ꝓpter non obseruātiā tenetur ad interesse:
qꝛ finis hypothece non est roborare pactū seu faciliorē exactio
nē facere obligationis cui adiungitur.l.qui aūt.§.j.ff.de constit.
31 pecu.vt ibi plenius per eum. ¶ † Tene fallentiam Bar.⁊ com-
munem,⁊ cautelā per eū datam ad impediendum translationē
dñij,per tex.ineuitabilē in.d.l.si creditor.§.fi.in verbo nullā esse
venditionem,ſm veram ⁊ cōem literam.⁊ intelligere ꝓut intel-
ligunt Bal.Sal.⁊ do.Pet.de bexu.nullam esse venditionē.s.in
preiudiciū creditoris nimiū restringit illam vniuersalem nega-
tiuā nullā,contra.l.si is qui ducenta.§.vtrū.ff.de reb.du. Quia
vt ibi dicit tex.qñ oratio sumit vniuersaliter negatiue, si aliqua
pars esset falsa tota oratio redderetur falsa. Itē ita restringere
illū tex.est valde ineptū:qꝛ vt dixi etiā sine aliquo pacto nō po
terat alienando ꝑiudicare creditori.d.l.iusto.§.non mutat.ff.de
vsuca.⁊ sic illud pactū nihil operaret:⁊ frustra ibi dubitaretur
in tex.an valeat ⁊ esset cōtra ius. Et dicere ꝓut rñdet Raph.
Cu. ꝙ operabit in aliqbus casibus in qbus de iure veteri erat
prius deueniēdū ꝯ creditorē.truffa est:qꝛ nimiū restringeret il-
le tex.⁊ illud fuit de nouo gñaliter inductū p iura authenticor.
per aut.hoc si debitor.C.de pign.⁊.§.sed neqꝫ.in aut.de fideius.
vnde sumitur illa aut. Itē dicere prout rñdet Sali. quod illud
pactū operet ꝙ vltra hypothecā teneatur creditori ad interesse
nihil valet : qꝛ sola conuentio de nō alienando absqꝫ aliqua re-
seruatione iuris pignoris obligat ad interesse,vt est tex.hic,⁊.l.
si sterilis.§.si tibi.ff.de act.em.⁊ in.d.l.ea lege.C.de cōdi.ob cau.
32 ¶ † Aduerte tñ ſm Bar.hic, ⁊ in locis preallegatis qꝺ hypo
theca dꝫ esse specialis:⁊ sic pignus dꝫ specialiter apponi in illa
re prohibita.vñ non sufficeret generalis hypotheca omniū bo
norū debitoris ad impediendū translationem dñij.⁊ ita in spe-
cie tenet Jo.de Imo.hic in.iij.col.motus qꝛ.d.l.si creditor.§.fi.
est exorbitans a iure communi,vt patet ex hoc.§.⁊.d.l.ea lege.⁊
loquit qñ interuenit obligatio specialis: ergo non est extenden
da ad casum qñ solum interuenit obligatio generalis bonorū.
Idem sequitur Aret.hic,motus ⁊ bene:qꝛ specialis hypothe-
ca magis impedit q̄ generalis.l.j.cum gl.in verb.pignori. ⁊ ibi
Bald.ad hoc no.C.de neces.seruis her.inst. Adde quod istud
idē qꝺ requirat specialis hypotheca,tꝫ clare Bart.in.d.l.q ab-
senti.§.j.in fi.⁊ ibi Imo.⁊ Lud.ro.ff.de acqui.pos.Bal.in.d.l.ea
lege.in.iij.col.Imo.in.d.l.si filiusfam.§.diui.el.ij. Et istam dicit
esse cōem opi.⁊ sequit do.Ale.in.l.si filiofamilias dos.§.fi.ff.so.
ma.lꝫ Pau.de ca.hic in.ij.col.in discursu sermonis inaduerten
ter dicat sufficere generalē hypothecā omniū bonorū. Idē do.
Alex.sibi ꝯrius in.d.l.qui absenti.§.j.in.iij.col.dicit ꝙ in pūcto
iuris istud nō videtur esse sine dubio cum tex. in.d.l.si creditor.
§.fi.indistincte loquatur. Sed certe loquitur quando erat spe-
cialis.de quo etiā per Bald.in consi.ccccvj. quinte partis quod
incipit in tres marchiones. Alibi tamen idē Bart.in.l.qui fun-
dum.ff.loca. requirit tātum hypothecam generalem bonorum
locatoris , vt singularis successor cogatur stare colono , ⁊ idem
tenet Bar.in.l.j.§.qꝺ autem ait pretor.ff.de supfi.⁊ in.l.si filio.§.
si vir in quinquenniū.in fi.⁊ Imo.⁊ alij.ff.so.matr.⁊ in.l.empto
rem.⁊ ibi Bal.⁊ Sal.C.loc.do.Abb.in.c.fi.in vlt.col. ne prelati
33 vices suas. ¶ † Secunda fal.Bar.est quando alienatio est irre
uocabilis:tunc impeditur translatione dominij. Unde si vendo
tibi seruum,⁊ prohibeo eū manumitti : quia libertas semel da-
ta est irreuocabilis:non pōt alienari,⁊ sic non potes eū manu-
mittere,vt.l.ea quidē.C.si man.ita fue.alie. Et p hoc infert nota
34 biliter Bar.† ꝙ si vendidi tibi domum vel fundum cum pacto
ne eū alienes,non potes ibi edificare ecclesiam, aut edem sacrā
facere,vel locū religiosum,qꝛ est irreuocabilis. Ideo impeditur
dominij translatio,q̄ decisio prima fronte videt dura ⁊ iniusta:
tamen ꝑdicta ratione defenditur. Et cū Bar. simpliciter trans-
eunt Ang.⁊ Raph.cu.hic,sed Pau.de Ca.hic dicit quod ista
solu.Barto.non valet vnam festucam:⁊ sic nimis acerbe taxat
Bar.quia maiori ratione deberet valere alienatio in casu.d.l.ea
quidē.fauore libertatis:cuius fauore multa ꝯtra regulas iuris
statuta sunt,vt dicit tex.in.§.pe.inst.de dona. Et rñdet alio mō
ꝙ ibi fiebat vēditio titulo singulari de seruo ꝓhibito alienari:
ideo nō potuit seruus adipisci libertatē,sed hic seruus ꝓhibi-
tus alienari trāsit cū vniuersitate:sicut alie res ꝓhibite alienare
transeunt vt res religiosa sacra,vt est text.in.l.in modicis. ff. de
contrah.emp.⁊.l.quedā.ff.de acqui.re.do. ⁊ ista videtur melior
solutio secundū eū. Sed tu caue vt dixi.§.in glos.fi.magna in fi.
ꝙ in ꝓhibitis specialr̄ alienari per hominē nō habet locū regu
la.d.l.quedā.⁊.d.l.in modicis.qꝛ ibi nō pōt fieri alienatio titulo
singulari,vt.d.l.ea lege.nec etiā titulo vniuersali per heredis in-
stitutionē,quin alienans teneatur ad interesse,vt hoc tex. Item
circa illationē Bar.ꝙ in re vendita cū pacto ne alienet non pos
set fieri ecclesia nec locus religiosus:qꝛ esset alienatio irretracta
bilis. Adde ꝙ in cōtrariū facit tex.in.l.fi.C.de pac.inter emp. ⁊
ven.in verbo humano iure eximere.iūcta gl.ibi cōiter approba-
ta q̄ vult ꝙ non obstante tali ꝓhibitione pōt res alienari, vt effi
ciatur sacra vel religiosa, lꝫ alienās tūc teneat ad interesse. Ita
per illum tex.cum gl.reprobat Sali.in.d.l.ea lege. in.iiij.oppo.
motus etiā qꝛ istud non est proprie alienare,sed potius deo re-
signare cuius propriū est ⁊ super hoc relinquit cogitandū. Istā
illationē Bar.etiā reprobat do.Alex.in.d.l. filiusfa.§.diui. el.ij.
in.ix.col.per tex.in prealleg.l.fi.cū gl.C.de pac.inter emp.⁊ven.
quē tex.sibi ascribit.d.Alex.nō faciēs de Sal.mentionē. Sꝫ tu
declinata authoritate gl.in.d.l.fi.potes tenere ꝯclusionē Bart.
ꝙ facili⁹ impediatur alienatio q̄ est irreuocabilis. Et vltra tex.
in.d.l.ea quidē.allegatum per Bar.adde duos text. in.l.seruus
hac.l.ff.de manu.titul.generali.⁊.l.ille seruus. §.fi.ff.qui ⁊ a qb.
¶ Ultra duas fallentias Bart.posui.§.aliam, que plures sub
se continet,ꝙ in casibus in quibus ex solo titulo in contracti-
bus transfert dominiū sine traditione in illis ꝓhibitio aliena-
35 tiōis impedit trāslationē dñij. ¶ † Quasdā alias fallētias po-
nit Bar.in.d.l.ea lege.⁊ Raph.cu.hic videas p te. Adde quod
si rem meā tibi vendo cū pacto ne alienes qꝺ si alienas possum
eam propria authoritate apprehēdere.ita dicit gl. solēnis quā
teneas cordi in.§.de cetero.in verb.licentiam damus.in aut. vt
de cetero commuta,eccle.re.nō fortu.fiant.colla.⁊ illam gl.sim-
pliciter allegat ange.hic. Imo.vero hic dicit ꝙ illa gloss. debet
intelligi in casibus specialibus in quibus prohibita alienatiōe
in contractu ꝓhibetur alienatio dominij de quibus ꝓxime fuit
dictū:alias illa gl.simpliciter intellectu male loqueretur:qꝛ pre
supponit ꝙ ꝓhibita alienatione in cōtractu ꝓhibetur dominij
translatio quod est cōtra istum tex.⁊ similes. Rapha.cu.hic di
cit qꝺ illa glo.nō firmat,sed solum dicit quod est arg.⁊ plus nō
dicit Raph.are.hic dicit ꝙ si bene respicias ad fi.illius.§.verbū
comprehendere ibi positum declarat qꝺ comprehensio fiat per
rei vēdi. ⁊ sic authoritate iudicis ⁊ nō propria,vel posito quod
ille text.hoc diceret,videt loqui in casu speciali fauore eccl'ie: vñ
non est trahendus in consequentiam ad alios casus cum regu-
la sit in oppositū.vt.l.extat.ff.qꝺ metus causa.⁊.l.si quis in tā-
tam.C.vnde vi.alij nihil tangūt.adde ꝙ Ludoui. Roma.in.l.
qui absenti.§.j.ff.de acquir.posses.dicit quod nullus impugnat
illam gl.⁊ nullus eam allegat excepto Bal. sed non recordatur
vbi ⁊ non reputat iure probari illam glos.sed eam esse contra re
gulam.d.l. si quis in tantā Angel. in.d.§.de cetero.intelligit il-
lam gl.procedere quando ille qui vendidit cū pacto de nō alie-
nādo adiecit pactū iniectionis manus quod possit propria au
thoritate manū inijcere,vt.l.j. C.de cōdic.ob cau.⁊.l.si quis sub
hoc.ff.de contrahēd.emptio. ⁊.l.titius.ff.de seruis expor.plene
per gl.⁊ doc.in.l.tertia.in gl.prima.C. de pigno. cum limitatio-
ne tamen de qua ibi p Ange.⁊ sequitur do. Alex.in.d.l.qui ab-
senti.§.j.in vlti.col.sed illam glo.in.d.§.de cetero. simpliciter se-
quitur ange.in.l.nemo paciscendo.que est.l.penul. ff.de pactis.
Item illā glo.dicit esse singularem Bal.in.c.ceterum. in quarta
36 col.de iudi.† quod si vasallus alienauit fundū illicite quod do-
minus potest propria authoritate vendicare. Alibi Bald.in.c.
j.§.hoc quoque.in.v.colum.de succes.feudo.in vsib.feudo.dicit
quod in.d.§.de cetero.est glo.singularis quod ista verba ne alie-
nes sapiūt manus iniectionē.sed intellige illā glo.cum duabus
37 limitationibus.§.proxime datis.† Successiue subdit Bartol.

Universidad de Deusto Biblioteca

quod prohibitio.l.vel statuti impedit translationē dominij ti-
tulo singulari,per.l.quedam.ff.de acq.re.do.ꝛ.l.j.ff.de fun.do.
notat plene in l.ea lege.C.de ꝯd.ob cau. Ratio est in promptu:
qꝛ talis alienatio est contra prohibitionē legis: ergo nihil valet
qñ fit cōtra legē.l.nō dubiū.C.de legi.ꝛ.l.cū lex.ff.de fideiusso.ꝛ
sic habes notare ꝙ fortior est ꝓhibitio legis vel statuti ad impe
diendum translationem dominij q̄ sit prohibitio cōtrahentiū
que nō impedit:ꝛ hoc tex.vt dixi.s.proxime.Similiter ꝓhibi-
tio testatoris cum habeatur pro lege.§.disponat.in authent.de
nup.impedit translationē dominij,vt.l.peto.§.fratre.ff.de leg.
ij.ꝛ est gloss.in.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.ij.ꝛ dixi etiam.s.
¶ Amplia signanter istam regulā Bar.per illud quod notabi
liter consuluit do.Alexā.in consi.lv.prime partis, quod incipit
38 consideratis verbis dicti statuti.vbi egregie consuluit † ꝙ sta-
tutum Bononie disponens qd mulier non extantibus liberis
teneatur relinquere tertiam partem dotis, ꝛ eius augmenti ꝛ
aliorum bonorum fratri:ꝙ nō poterit in vita alienare etiā titu-
lo oneroso in preiudicium illius tertie. Motus precipue p.l.si.
ff.si quid in fraud.pat.cum alijs per eum allegatis:ꝛ non vtitur
ibi do.Alex.fundamēto istius regule.Semp putaui ꝙ ista de-
cisio.d.Alex.non esset vera.ꝛ alias in ciuitate Bononie cōsului
contrarium.Et in contrarium adduco qd egregie decidit Pe.
de Ancha.in cōsi.c.qd incipit ex p̄dicto themate eliciunt̄ q̄dā
dubia in.iiij.col.vbi tenet ꝙ statutū ꝙ necessitat ascendentē ad
relinquendum descendentibus duas partes bonorū.intelligit̄
ꝙ in vltima volūtate extraneis relinquere vltra tertiā ꝓhibet̄,
sed inter viuos contrahere ꝛ efficaciter se obligare statutum il-
lud non prohibet, nec resistit sicut de iure communi preter legi-
mam filijs relinquendā non prohibet̄ parēs inter viuos cōtra
here es alienum detrahēdo de ipsa legitima.l.Papinianus.§.
quarta autem.ff.de inoffic.testa.q̄uis si inofficiosa re ꝛ consilio
donaret in fraudem legitime q̄nq₃ reuocaretur per titulū.C.de
inoff.do.Et vltra eū facit qd no.in gl.in.c.de his.de sepult.q̄ di
cit gn̄aliter qd non licet alienari in morte qd in vita bene liceret.
39 Hinc est ꝙ lꝫ † de relictis factis ecclesijs debeatur quarta cano
nica epo:tñ secus est de donationibus inter viuos factis eccle-
sie,vt late firmat.d.Abb.in.c.requisisti.de testa.cū suis concor.
¶ Istam regulam qd prohibitio.l.vel statuti impediat transla
40 tionem dñij titulo singulari,limitat Bar.ꝓcedere qñ † lex vel
statutū precepit aliquid fieri tpe cōtractus: tunc si nō obseruat̄
cōtractus est nullus ipso iure.l.nō dubiū.C.de leg.Si vero dis-
ponit sup actu iam facto:tūc ipso iure non annullat̄ lꝫ debeat
per sniam reuocari.arg.l.vniuersa.cū glo.sua.C.de prec.imper.
off.Ideo ex illo cōtractu facta traditione transit dñium.Unde
stante statuto Perusij ꝙ oīs donatio intra mēsem debeat insi
nuari,alr̄s nō valeat si res fuit ab initio tradita,lꝫ postea nō fue
rit intra mensem insinuata:tñ non impedit̄ translatio dñij.ꝛ cū
Bar.simpliciter tꝫ Raph.cu.hic,alij nihil tāgūt.Idē tꝫ Bar.
in.d.l.vniuersa.cū multis cōcor.quas ibi dedi,vbi plene exami-
naui:ideo nō repeto hic.Imo fortius subdit Bar.ꝙ etiā si sta
tutū diceret expresse ꝙ ꝯtractus sit ipso iure nullus:adhuc do
miniū trāsferret̄ reuocandū per cōdictionem sine causa, vel ob
cām:nec tūc dominiū ipso iure transferretur, per notata per gl.
in.l.j.ꝛ ibi per Bar.ff.de dona.facit gl.in.l.contractus.in gl.ij.
C.de fid.instr.Et sic vult Bar.ꝙ annullatio contractus facta a
statuto nō facit transferri dominium sine traditione.Alij nihil
tangunt.Adde tu gl.solennē in.l.j.ad fi.gl.magne.C.de inoffic.
dona.quā Bal.ibi in fi.multum notat,que vult ꝙ licet titulus
annulletur ipso iure, nō retransfertur tñ dñium sine traditione:
ꝛ illā gl.etiā sequitur ꝛ reputat subtilem Bald.in.l.j.in.vj.q.C.si
qd in frau.patro.eā etiā sequitur do.Alex.in cōsi.x.primi volu-
minis qd incipit videtur fortasse prima consideratione dicēdū
in.ij.col.vbi etiam ad hoc allegat notata per Barto.hic.Idem
quod Bar.hic tenet etiam Bal.in repetitione.l.cum mulier.ff.
solu.matr.in.xiij.col.in ver.de secundo dubio.vbi tenet quod si
statutū infringat titulum si non soluatur gabella: quod tamen
ipso iure transfert̄ dominium non soluta gabella.Et ibidem.d.
Alex.in.x.col.refert ꝛ sequitur istam decisionem Bar.hic ꝛ di-
41 cit ꝙ nō sunt multi dies ꝙ fuit super hoc interrogat⁹.¶ † Se
cundo principaliter querit Bar.an prohibitio.l.vel testatoris
vel contrahentium impediat institutionem heredis seu transla
tionē in heredes, ꝛ distinguit vt hic per eum ꝛ plenius in.l.pe-
to.§.fratre.ff.de le.ij.ꝛ facit tria membra principalia.Adde cir-
ca primū membrū inquantum Bar.tenet quod quando prohi
bitio alienationis sit simpliciter vt fundi dotalis:tūc non intel-
ligitur prohibita alienatio titulo vniuersali vltime voluntatis:
ꝛ sic ad heredem testamentarium:ꝛ sic legitimū ab intestato,vt
l.quedā.ff.de acquir.rerum domi.ꝛ.l.j.in fi.ff.de fun.do. Ratio
quia impossibile est quod quis nō decedat ꝛ heredem habeat:
vel ex testamento vel ab intestato.Illud membrū non cōgruit
vltime voluntati:qꝛ si in ea esset facta simpliciter prohibitio nō
valeret:qꝛ esset nudū preceptum testatoris,vt.l.filiusfa.§.diui.el
ij.ff.de leg.j.ꝛ.l.pater.§.iulianus agrippa.ff.de leg.iij.Sed con-
gruit prohibitioni legis vel contrahentiū.ita declarat ipsemet
42 Bar.ꝛ melius dicit q̄ hic in d.l.peto.§.fratre.† ꝛ sic est differen
tia inter ꝓhibitionē legis ꝛ testatoris:qꝛ prohibitio legis facta
sine causa valet,qꝛ in ea semper presumitur ista causa.Secus in
prohibitione testatoris facta sine cā:qꝛ vt dixi esset nedū prece
ptum qd nihil operaretur,vt in iurib⁹ preallegatis, quare autē
prohibitio cōtrahentiū facta sine cā valeat.dici.s.in tex.in pri-
mo not. Sed caue in fundo dotali,licet ꝓhibitio legis sit facta
simpliciter respectu omniū personarū:tamen bene subest causa
legitima,scꝫ ne mulier remaneat indotata.l.j.ff.solut.mat. Se-
cundo ꝛ fortius aduerte contra Bar.ꝙ tex.in.d.l.quedam alle
gatus per Bart.ponit duplex exemplum.primū est vt fundus
dotalis,ꝛ ibi plene est prohibitio simplex respectu personarū.se
cundum exemplum est res cuius aliquis cōmercium nō habet.
intelligitur.s.ipse heres institut⁹:ꝛ sic heres aliquo impedimē-
to nō habebat cōmercium rei ex persone sue defectu:erat tamē
res in hereditate ꝛ in cōi commercio aliorū:ergo ibi prohibitio
legis in secundo exemplo non erat simpliciter sed respectu certe
persone:ergo doctrina Bar.ad illum tex.non videtur esse bona
43 prout etiam perpendit Raph.cu.hic.¶ † In secūdo membro
Bar.tenet ꝛ bene ꝙ qñ prohibitio alienationis est facta in cer-
tas personas particulares: tunc cōprehenditur heredis institu
tio:qꝛ prohibitus non potest aliquem ex ipsis heredē institue-
re:quin faciat cōtra prohibitionē ꝛ teneatur ad interesse, vt est
tex.hic.nā institutio heredis dicit̄ esse alienatio,vt est textus in
l.si qs prioris.in.§.certū.ꝛ ibi gl.ꝛ expressius Bald.no.C.de se-
cun.nup.ita etiā tenet Bald.in consi.l.quarte partis,incipiente
super eo qd queritur an generaliter.Item comprehendit̄ur suc
cessio ab intestato,vt.l.codicillis.§.matre.ff.de leg.ij.qꝛ prohibi
tus debuit curare ne ille sibi ab intestato succederet:prout dicit
hic gl.fin.in secunda parte vbi dixi:ꝛ sic debuit facere testamē-
tum vel codicillos:ꝛ alios non prohibitos heredes instituere:
quod si non fecit tacite eos ab intestato vocauit, vt.l. conficiun-
tur.in prin.ꝛ.l.si quis cum testamentum nullum.ff.de iur. codi.
ꝛ sic fecit cōtra prohibitionē:ideo tenet̄ ad interesse.Tñ isto ca
su est differentia inter prohibitionē cōtrahētiū que regulariter
non impedit translationem dominij prout impedit prohibitio
legis vel testatoris, vt dixi.s.in.j.q.Bar.ꝛ ibi assignaui funda-
44 mentalē rationē diuersitatis.¶ † Tertio cōcludit Bart.ꝙ qñ
prohibitio est facta in certum genus personarum, puta extra
familiam:tūc ex testamento instituēdo extraneū heredē qui nō
sit de familia talis alienatio cēsetur ꝓhibita esse.d.l.peto.§. fra
tre.ꝛ ibi Dy.Ja.de are.ꝛ cē Bar.gl.in.l.pater.§.iulian⁹ agrip-
pa.ff.de leg.iij.sed ad heredē legitimum quamuis non sit de fa-
milia talis:prohibitio nō extēditur.l.cum pater.§.cū inter.ff.de
leg.ij.glo.in.d.§.fratre. ꝛ gl.valde notabilis ꝛ signanda in.d.§.
iulianus agrippa.ꝛ talis legitimus ab intestato succedit⁹ pos
set etiam ex testamento heres institui quamuis non sit de fami
lia.ꝛ ita intellige sane Barto.secundū Jo.de imo.hic per gl.in
d.§.iulianus agrippa.qꝛ expressio eius ꝙ inest nihil operat̄. l.
non recte.C.de fideiusso.ꝛ.l.iij.ff.de leg.j. Idem etiam tenet Sa
licetus in.d.l.ea.lege.C.de cond.ob cau.in tertia questione: mo
tus:quia si legitimus nō prohibetur ab intestato,minus debet
prohiberi ex testamento:cum fauorabilior in eadem persona sit
causa testati,vt.l.j.ꝛ.ij.C.si quis omis.cau. testamen. Item quia
non refert quid ex equipollentibus fiat.l.si mater.cum vulgari-
bus.C.de institu.ꝛ substit.Et cum ista theorica Bar.tenet An
gel.in consilio.vij. quod incipit ex dicto themate plura dubia
possent oriri.d.Alexand.in plerisq₃ consilijs,in consilio.vj. pri-
mi voluminis quod incipit consideratis verbis testamenti. ꝛ in
consilio.clv.secundi voluminis incipiente visis ꝛ accurrate con
sideratis,ꝛ in consil.lv.tertij voluminis quod incipit pondera-
tis ijs que in themate narrantur. et latius in consilio.lix. tertij
voluminis quod incipit attentis verbis testamenti.Bal.in.d.l.
ea lege.in.vj.colum.in.iij.questione ꝛ ista theorica est communi
ter approbata,quicquid teneat Angel.in consil.lvij.quod inci-
pit domina Andrea condidit testamentum ꝛ suum heredem fe
cit quoddam hospitale quē simpliciter sequitur domi. Alexan.
in cōsi.cliiij.secundi voluminis incipiente visis ꝛ accurate cōsi-
deratis ijs que in testamēto cōtinentur.dixi plene de hoc mem
bro Bar.in.d.l.filiusfa.§.diui.in.ij.ꝛ.vij.q. Bar.ad ibi dicta me
remitto.Rapha.cu.etiā hic late tenet contra predicta, qd insti-
tuendo heredem nunq̄ faciat cōtra prohibitionē in quocunq₃
casu motus in effectu: qꝛ heres repñtat p̄sonā defuncti,vt in
aut.de iureiurā.a mori.prest.in prin.ꝛ sicut prohibitus alienare
poterat retinere dominiū illi⁹ rei donec viuebat, ita eo mortuo
cū illa res que remanet in hereditate sua per aditionē heredita
tis transfundi

tis transfunditur in heredem institutū, ꝛ sic non dicitur ꝓprie
alienatio,sed potius quedā trāsfusio in heredem representantē
defunctum qui loco sui potest esse dominus,vt hic per eū. Ista
opin.Raph.licet subtilis non est vera:quia vt dixi.s.proxime
institutio heredis est alienatio, vt est tex.in.d.l.si quis prioris.
§.certū.ꝛ ibi gl.ꝛ expresse Bal.ꝛ alij notant.Ad idem facit qd
vult glo.valde no.in.l.quemadmodū.in glos.mag.in verb.ven-
di.circa med.C.de agr.ꝛ cēsi.lib.xj.vbi gl.querit nunquid prohi
bitus alienare extra certū genus personarū possit extraneū he-
redē in testamento instituere, ꝛ determinat notabiliter qd non.
Item licet heres ficte representet defunctū:tamē s̄m veritatem
est alia persona,ꝛ in casu nostro est diuersa ratio. Nā defunctus
nō prohibebat̄ ipse habere illam rem,sed iste institutus qui est
extraneus ꝛ inhabilis non pōt propter prohibitionē admitti.
Ideo contra prohibitionem dicitur in eum alienari: ꝛ testator
poterat aliquē de familia instituere heredē si nō volebat contra
prohibitionē facere.Unde tene cū ista cōmuni theorica Bart.
45 quicquid diffuse teneat Sal.in.d.l.ea lege.in.iij.q. ¶ † Limita
qñ in prohibitione de non alienando essent verba vniuersalia,
maxime geminata : puta quod nō esset alienari extra familiam
aliquo modo,vel quocunq₃ titulo:tunc non posset talis legiti-
mus succedere ex testamento illius prohibiti ad hoc vt illa ver
ba geminata quocunq₃ titulo aliquid operentur vulgata. Habali
sta.ff.ad Treb. Ita limitat Aret.in.l.Pantonius.§.rei ꝑduel
lionis.in.ij.col.ff.de acqui.her.ꝛ q̄uis ipse non dicat:contrariū
in hoc tenuit Ange.in preallegato consi.lvij.prout de hoc dixi
in.d.l.filiusfa.§.diui.el.ij.ibi videas.¶ Ex suprascripta theori
ca,ꝛ his que tenuit in vltimo mēbro distinctionis sue Bar. in
46 fert ad practicā,ꝛ sic ad.q.valde no.† statuti disponētis ꝙ nul
lus possit alienare rē immobilē in forensem vel in nō allibratū,
an possit eū ex testamento heredem instituere.ꝛ gl.not.in.l.vni
ca.C.non lic.hab.metroco.lib.xj.tenet qd sic.Bar. tenet contra
rium, qꝛ ista prohibitio alienationis est in genus certarū perso
narū,scꝫ in forēses:ergo prohibita est institutio heredis illius
forēsis,lꝫ si esset legitimus heres posset ab intestato succedere,
per iura preallegata, que lꝫ loquant̄ in vltima volūtate: tñ pōt
plus lex prohibere q̄ testator.ꝛ sic Bar.reprobat gl.in.d.l.vni-
ca. Adde ꝙ contrarium tenuit alia gl. in.l.quemadmodum. in
gl.magna,in verb.vendi.circa med.C.de agr.ꝛ cen. lib.xj.quam
allegat Ang.hic,ꝛ.s.proxime allegaui, que tenet ꝙ prohibit⁹
alienare extra certum genus personarum,possit tamen in testa
mento extraneum heredē instituere.Tñ glo.in.d.l.vnica,quam
impugnat Bar.sequūtur Jo.de Imol. Raph.Cu.in duobus
locis,in pe.ꝛ vl.col.ꝛ Are.hic:eo qꝛ illa gl.loquitur in terminis
diuersis a nostris:qꝛ ibi non videtur prohibere alienationē sim
pliciter,sed inter viuos vel per viam cōtractus, vt patet ex tex.
ibi,circa fi.in verb.cōtractus. Sed qñ prohibitio alienationis
fit inter viuos non videt̄ prohibita alienatio q̄ fit in vltima vo-
luntate, vt est tex.no.in.l.pater.§.fundum.ff.de leg.iij. ꝛ in.l.mi
lites prohibentur.§.fi.ff.de re mil.ꝛ.l.decurio.ff.de decur.Facit
tex.in.l.verba cōtraxerunt.ff.de verb.sig.sed in ista.q.statutum
prohibet simpliciter alienari in forensem. refert ꝛ sequitur do.
Alex.in consi.cxx.j.vo.qd incipit super eo quod queritur.in.ij.
col.Confirmatur per id:qd dixi.s.in prece.q.Bar.in casu econ-
trario ꝙ statutum loquens in vltima voluntate, ꝛ sic grauatus
relinquere non prohibet alienationē q̄ fieret inter viuos. ¶ Se
cundo adde ꝙ istū passum Bar.de statuto prohibente aliena-
ri in forenses, an teneat̄ ꝓhibere eos institui heredes, late exa-
minat Sal.in.d.l.ea lege.in pe.col.vbi arguit ad partes, postea
videtur finaliter tenere qd valeat institutio heredis facta de fo
rensi, sed quod illi forēsi debebitur estimatio illorum bonorum
47 ne contrahat statuto,vt ibi plenius per eum. ¶ † Limita deci-
sionē Bar.per illud qd videt̄ tenere idem Bar.in.l.ventre. ff.de
acquir.her.in.iiij.col.in versi.tertius casus.vbi videt̄ velle qd si
statutum ciuitatis disponeret ꝙ nullus forensis possit aliquo
titulo acquirere bona immobilia in territorio , ꝛ aliqs forensis
sit proximior ꝯsanguineus defuncto,ꝛ sic legitimus ab intesta
to,non poterit etiā ex testamēto succedere nec ab intestato,ꝓ-
pter illa verba vniuersalia negatiua nullo titulo, vt aliquid ope
rentur.ꝛ ita expresse ponderat ꝛ firmat Are.in.d.l.vētre.in.xv.
col.ꝛ seq.ꝛ idē Aret.in.l.patronus.§.rei perduellionis.in.ij.col.
ff.de acqui.her.ꝛ ita etiā.s.proxime limitaui theoricam Bart.
in vlt.mēbro.ꝛ ita remanēt expedite questiones Bar. ¶ Ultra
48 Bar.ꝛ scribētes ad materiā aduerte † ꝙ si testator instituit hos
pitale,vel aliū heredē sub cōditiōe ꝙ bona ei relicta alienari nō
possint sub pena priuationis hereditatis , si hospitale vnā rem
alienauit cadit a toto:qꝛ illa priuatio cōditionalis si bona alie-
nabunt̄,facit vt sub contraria conditione institutio facta intel-
ligatur.s.si dicta bona non alienabuntur.l.si legatum pure.ff.de
adi.leg.ꝛ.l.pecuniam.ff.si cert.pe.imo institutio primordialiter
est sub conditione si non alienauerit: ergo cōditio negatiua de
buit in forma impleri:saltem mediante cautione.l.qui heredi.in
prin.ꝛ.l.Meuius.ff.de cond.ꝛ demon. ꝛ q̄ncunq₃ cōtrafiat re-
tro apparet institutū heredē non fuisse:ergo q̄cunq₃ res vēdat̄
non est impleta conditio institutionis formaliter:ergo debet in
49 totū priuari. Quia † nō sufficit conditionē impleri ꝑ parte,cū
sit indiuidua,ꝛ sic non scindatur,vt.l.cui sponsus.ff.de cond.ꝛ
demon.ꝛ.l.heredes.§.in illa.ff.famil.herc.ꝛ.l.ij.§.ex his.s.e.ꝛ.l.
fistulas.§.qui fundū.vbi tex.no.ff.de ꝯtrah.emp.ꝛ.l.vxorem.§.
agri plagā.ff.de leg.iij.Ita egregie ꝛ subtiliter consuluit Ang.
in consi.clxviij.inc.testator in omnibus suis bonis. in secundo
dubio.Facit ꝙ tenet Pau.de Ca.in consi.ccxxiij.incip. visis
ꝛ consideratis omnibus.in pe.col.Accedat ꝙ notabil'r decidit
50 Alb.de Ros.in.l.edem.in pe.col.C.loc.vbi decidit † ꝙ si eodem
tempore,ꝛ in eodem contractu locaui alicui duo p̄dia vel duas
domos,ꝛ conductor male conuersatus est in vna.possum eum
expellere ab vtraq₃,sicut si vna tm̄ esset locata,ꝛ male versaretur
in parte caderet in totū.per illū tex.vt ibi plenius per eū. Quic-
quid teneat Bal.in vlt.col.ꝛ quod conductor male versatus in
vna re possit priuari tota conductione.firmat do.Andr.Barb.
in consi.xxxvj.secūde partis incip.sapiēter scripsit propheta. in
vij.col.ꝛ duabus seq.ꝛ postea in antepe.col.ꝛ duabus seq.respō-
det his que possent in cōtrariū adduci. ¶ Item ad materiam
51 adde † ꝙ prohibitus rem alienare non potest etiam eam habe-
re pro derelicta:qꝛ esset quedam donatio que fieret occupāti.l.
quod seruus.ꝛ ibi Bar.ff.de stip.ser.gl in.l.i.§.j.ꝛ ibi Bart.ff.si
52 ex noxa.can.aga. ¶ † Item adde quod qui non potest rē alie-
nare non potest etiā in contractu fideiubere pro alienāte dictā
53 rem gl.est no.in.l.exceptione.ꝛ ibi Bal.no.C.de euic.† Aduer-
te tamen ꝙ res quam non possum alienare dicitur tamē pleno
iure mea esse:cum posse alienare non sit de diffinitiōe dominij,
ita sing.tenet Bal.in.l.voluntas.in vlt.col.C.de fideicom. Sed
caue quia ratio Bal.non videtur bona:quia dominium est ius
perfecte disponendi de re,vt diffinit Bar.in.l.si quis vi.§. diffe
rentia.ff.de acquir.possess.

¶ Finis secunde partis commentariorum domini Jasonis in Digestum nouum.

¶ Lugduni,per Thomam Bertellum.

Index quaternionum.

AAA.BBB.CCC.DDD.EEE.FFF.GGG.HHH
JJJ.KKK.LLL.MMM.NNN.OOO.PPP.
QQQ.RRR.SSS.TTT.UUU.XXX.YYY.ZZZ.
AAAA.BBBB.Quorum AAAA.ꝛ BBBB. sunt
terniones:reliqui quaterniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca